This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

GRAD
888
M95O
W47
BUHR

A 774,338

QUAESTIONES MUSONIANAE

DE MUSONIO STOICO

CLEMENTIS ALEXANDRINI ALIORUMQUE AUCTORE

SCRIPSIT

PAULUS WENDLAND.

BEROLINI
APUD MAYERUM ET MUELLERUM.
MDCCCLXXXVI.


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SIRCUMSPICE

888
M950
W47
Bull R

QUAESTIONES MUSONIANAE

DE MUSONIO STOICO

CLEMENTIS ALEXANDRINI ALIORUMQUE AUCTORE

SCRIPSIT

PAULUS WENDLAND.

BEROLINI
APUD MAYERUM ET MUELLERUM.
MDCCCLXXXVI.

889
M950
W41
Bub

FRANCISCO BUECHELER

HERMANNO DIELS

HERMANNO USENER

SACRUM.

13241 1

INDEX CAPITUM.

Pag.

Christiani magistri Alexandriae simul philosophiam profitebantur 1 et 2
De doctrina et aetate stoici Clementis in Paedagogo auctoris . 3—12
De eiusdem cum Epicteto cognatione . . . . . 13—15
De eius cynismo. Comparatur Luciani Cynicus cum Paedagogo 16—21
Dissertationes Musonii cum Paedagogo comparantur . . . . 22—32
De Musonii *Λόγοις* Clementis fonte . . . . . 33—37
Clementis auctor Romae scripsit . . . . . 38—43
De Musonio auctore Ps. Musonii . . . . . 44 et 45
„ „ „ „ Justini sive Ps. Justini . . . . . 46—48
„ „ „ „ Tertulliani . . . . . 49—53
„ „ „ „ Plutarchi . . . . . 54—63
Excursus . . . . . 64—66

Ut olim christiani artifices deorum heroumque formas, quales tum solebant fingi, in suum usum ita convertebant, ut ad suas paucis mutatis personas transferrent, ita theologia christianorum, ubi primum laetius efflorescere coepit, proxime se applicabat et adiungebat ad philosophiam. Praecipue doctrina, quae in sectae christianae schola Alexandrina tradebatur, in morum praeceptis explicandis fere pendebat a stoica philosophia, in dogmatis accuratius excolendis cum hac tum platonica philosophia nitebatur Neque hoc fundamento novam doctrinam superstrui mirabitur, qui — quod adhuc nimis neglectum est — reputaverit, cum alibi tum Alexandriae magistros christianos simul philosophiam professos esse: Athenagoras quidem princeps, si licet credere Philippo Sidetae,[1]) scholae Alexandrinae, eiusdem testimonio „ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι[2]) καὶ τῆς 'Ακαδημαϊκῆς σχολῆς προιστάμενος" ipse libros suos inscripsit „'Αθηναίου φιλοσόφου χριστιανοῦ" et integros locos depromsit a Stoicis, praecipue in eo libro, quem composuit de resurrectione mortuorum (v. Ritter Gesch. d. Phil. V, 308 ss.). Pantaenum quoque clarissimum Clementis Alexandrini magistrum stoicam philosophiam professum esse multis testimoniis constat (v. Eus. hist. eccl. V, 13, Originem ibid. VI, 19, Hieron. catal. c. 36 Philippum Sidetam l. l.). Huius successorem Clementem ut praetermittam, ad Origenem transeo, quem quidem penitus philosophia imbutum fuisse et summo

---

[1]) Eius fragm. ed. Dodwell diss. in Irenaeum Oxonii 1689, p. 488.

[2]) Etiam Justinus (dial. c. Tryph. p. 217) et ipse Tertullianus (de pallio c. 6) pallio philosophorum utuntur; cf. Diels, Doxographi p. 254, v. etiam p. 259. Bernays in libello, qui inscribitur „Lucian und die Kyniker" p. 37. 99.

per totam vitam studio ei se dedisse constat. Quid? Quod idem summa auctoritate apud gentiles philosophos valebat, qui eum audiebant et libros suos, de quibus iudicaret, ei tradebant (Eus. VI, 18. 19)? Ipse Porphyrius cum facere non possit, quin laudet eius scientiam, illud vituperat, quod prave eam adhibeat his usus verbis de Origene: „ἀνὴρ κατὰ μὲν τὸν βίον χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμως, κατὰ δὲ τὰς . . . δόξας ἑλληνίζων τε καὶ τὰ Ἑλλήνων τοῖς ὀθνείοις ὑποβαλλόμενος μύθοις“ (Eus. VI, 19). Ex fabula ab Epiphanio (adv. haer. 64, 1 p. 524 Petavii) narrata videtur effici Origenem ipsum quoque externa specie habitum philosophi prae se tulisse. De Heracla quidem huius successore gravissimum testimonium exstat Origenis: „πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ βιβλία τε Ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν“[1]) (apud Eus. VI, 19. 5 cf. ibid. VI, 3. 1, c. 15, c. 31).

Consentaneum igitur est novae doctrinae auctores fere proficisci a philosophia; hinc locos atque argumenta depromunt, tum anxie student cum his philosophiae decretis vel praeceptis libros sacros quacumque ratione conciliare. Haec ratio iam a Porphyrio, acutissimo talium rerum existimatore, verbis quae modo adlata sunt in Origine notatur et eo magis est notanda, quod ipsi saepe rem invertentes simulant se profectos esse a libris sacris, hinc suam doctrinam derivasse, postea demum mirum eius cum vulgari philosophia consensum animadvertisse. Cuius rei haud scio an nullum melius et insignius possit inveniri exemplum quam Clementis Alexandrini Paedagogus. Proficiscar a delineando universo alterius ac tertii libri — nam de primo infra seorsum agam — argumento et a describendis eis principiis, quibus continetur atque nititur tota ratiocinatio: Ipse λόγος i. e ratio homini innata, quae

---

[1]) De ceteris minus claris magistris v. Guericke de schola Alexandrina Halis 1824. — Quanta fuerit Alexandriae confusio christianae religionis et philosophiae (Guericke p. 11), inde optime apparet, quod Synesius episcopus redditus est, cum tamen decreta platonica religioni novae praeferret neque hoc dissimularet (Ritter l. l. p. 188).

eum recta via ducit et quasi paedagogus[1]) eius est, docet quemadmodum sit vivendum. Est vere vivendum secundum ipsam rationem vel naturam[2]) vel deum. Hae enim notiones

[1]) Stoici solent *λόγον*, quem etiam *δαίμονα* fingunt, inducere quasi magistrum et custodem hominis, v. Sen. ep. 110, 1: „sepone in praesentia, quae quibusdam placent, unicuique nostrum paedagogum dari deum, non quidem ordinarium" etc. ep. 31, 11; 41, 1—5: „prope est a te deus, tecum est, intus est . . . sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque observator, et custos . . ." Simillime loquitur Epictetus I, 14, 12 „*ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε τὸν ἑκάστου δαίμονα καὶ παρέδωκε φυλάσσειν . . . ὁ θεὸς ἔνδον ἐστίν*" etc. cf. fr. 98. M. Aurel. V, 27: *ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος* cf. II, 13 III, 4. 6. Maximus Tyrius diss. VII, 2. 3. 8 *τὸ δ' ἐν φιλοσοφίᾳ κεφάλαιον δεῖται διδασκάλου . . . . διαπαιδαγωγοῦντος*, qui est *λόγος* . . . . diss. XIV, imprimis c. 7. XVII, 7. 10. Stoicos, ut saepe facit, sequitur Hierocles dicens: *ὁ λόγος παιδαγωγῶν ἡμᾶς* etc. (ed. Mullach Berol. 1853 p. 23 Needham p. 11). De usu verbi *παιδαγωγεῖν* cf. eundem p. 55, 18 M. 58 N; 92, 16 M. 116 N et Musonium apud Stob. flor. Mein. I p. 156, 10 II p. 10, 14. — Haec vero ratio propria Stoicorum facile Clementi ansam dedit immiscendae christianorum de *λόγῳ* doctrinam, ita ut Christus sit verus *λόγος*, deus, paedagogus.

[2]) Semper provocatur ad naturam quippe qua duce errari non possit: lib. II § 1 p. 162 Potter. (adhibeo Dindorfii ed. Oxonii 1869) Hominis est discere *θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον συμβαινόντων κατὰ φύσιν* 5 p. 166 P. *μηδὲ ὠφελεῖσθαι πέφυκε* 13 p. 172 P. *τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας* 46 p. 196 P. *ὁπόσα φυσικὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν, ταῦτα οὐκ ἐξαιρεῖν ἐξ αὐτῶν δεῖ* (cf. Cic. de off. I, 110) 116 p. 240 P. *προθεμένους δὲ . . . . τὸν σκοπὸν τὸν ὀρθὸν τὸ κατὰ φύσιν ἐκλέγειν χρή*. Has sententias plane stoicas esse — ac possunt multa similia afferri — non est quod moneam. Ut haec naturae confirmetur atque comprobetur auctoritas, subtiles physicorum adhibentur rationes, velut II, 84—87 p. 221 P. 90—94 p. 224 P., neque maius est peccatum quam contra naturae legem agere v. III, 21—23 p. 264—266 P. *παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον* (Cic. de off. I, 102 „lege naturae", et alibi), 37 p. 276 P.

Saepe eadem atque natura vice fungitur ratio vel deus, quod optime comprobatur his locis: II, 87 p. 223 P. *ἑπομένους τῇ φύσει*, 110 p. 236 P. *ὁ ἑπόμενος τῷ λόγῳ*, 36 p. 189 P. *ἕπου τῷ θεῷ*. Stoicas has esse formulas notum est atque etiam ipse Seneca monet modo ut naturam, modo ut rationem, modo ut deum sequamur. Conferendi etiam sunt hi Clementis loci: II, 29 p. 184 P. *ἀρέσκει τῷ λόγῳ τῷ ὀρθῷ* 89, p. 223 P. de deo II, 5. 17. 18. p. 166 P. Qui spernit quod deus vel ratio iubet, passim *ἄθεος* vel *ἄλογος* nominatur.

apud Clementem nomine diversae vim eandem obtinent. Consentaneum naturae est, quod necessitas desiderat, contra naturam, quod voluptas flagitat.[1]) Hoc igitur prorsus reiciendum, illud sumendum est. Haec igitur sunt principia, quae mira constantia per alterum et tertium librum exhibentur — nam de primo libro seorsum agam — et quae nullo non capite redeunt. Ad horum normam atque regulam referuntur et diriguntur omnia cotidiana negotia, omnes condiciones communis vitae. Haec autem principia Stoicorum esse in

[1]) II, 10 p. 169 P.: *παραιτητέον τὴν λιχνείαν ὀλίγων τινῶν καὶ ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντας* 14, p. 173 P. 35 p. 188 P.: aspernari debemus *κτῆμα τὴν χρείαν ὑπερβεβηκός* et *σκεῦος ἀχρεῖον, ὃ μὴ μετὰ τῆς ἀναγκαίας χρήσεως καὶ μέτριόν ἐστιν*, 37 p. 189 P.: *σκευῶν μέτρον ἡ χρεία* 38 p. 190 P.: *ἀμείνω δὲ τὰ χρήσιμα* 58 p. 203 P.: etiam in voce observandum est *μέτρον . . . . τὸ φθέγμα τὸ σφῶν τῇ συμμετρίᾳ παραμετρούντων* 61 p. 205 P.: *στεφάνων δ'ἡμῖν καὶ μύρων χρῆσις οὐκ ἀναγκαία* 68 p. 209 P.: *φέρε κἀνταῦθα διαστειλώμεθα τὸ χρειῶδες αἱρούμενοι*, 70; *εἰς τὰς ἀναγκαίας ὠφελείας τὰ ἄνθη γεγονέναι* 76 p. 216 P. 78 p. 217 P. 80 p. 218 P. 90 p. 224 P. 94 p. 226 P.: non licet *συνουσίᾳ ὡς ἀναγκαίῳ χρῆσθαι ἑκάστοτε*, 104 p. 232 P. 107 p. 234 P. 108 p. 234 P. 110 p. 236 P.: *τῆς ἐσθῆτος τὸ χρειῶδες προκριτέον*, 119 p. 242 P. 120: *δέδωκεν ὁ θεὸς οἶδ' ὅτι τῆς χρήσεως ἡμῖν τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ ἀναγκαίου*, 121 p. 243 P. III, 3 p. 251 P.: reicitur ornatus supervacaneus utpote *ἀχρειότητος ἔχων ἔμφασιν* 47 p. 282 P.: *ἡμῖν δὲ ἀπόχρη ἡ συμμετρία.* Atqui haec ratio Cynicorum et Stoicorum est. Seneca quidem dial. IX, 9, 2 „Adsuescamus . . . . usus *(χρείαν)* rerum, non ornamenta metiri . . . . libido qua necesse est fluat . . . desideriis naturalibus parvo parata remedia adhibere" etc. ep. 5, 5 Cic. de off. I, 140: „eadem mediocritas ad omnem usum cultumque vitae referenda est" (cf. ibid. I, 106 II, 56). Dio Chrys. I, p. 56 Dind. 131 R. *σύμπαντα ταῦτα οὐδεμιᾶς ἕνεκα χρείας, ἀλλ' ἡδονῆς ἡυρημένα φαίνεται* etc. 160 D. 298 R.; 101 D. 207 R. vilia et quae prompta sunt docet rebus pretiosis praeferenda esse, quod saepe inculcatur apud Clem. (II, 121 p. 243 P. 15 p. 174 P.)

Similiter stoica doctrina eis agnoscitur locis, quibus libido et voluptas impugnatur: III, 46 p. 281 P. *ἄρδην τὴν ἀναίσχυντον ἡδονὴν ἐκκοπτέον* II, 68 p. 209 P.: *οὐδεμίαν χώραν ἀπονέμομεν ἡδονῇ πρὸς οὐδεμίαν συμπεπλεγμένῃ λυσιτελῇ τῷ βίῳ χρείαν* II, 1 p. 163 P. fin. 33, 69, 77, 86, 92 p. 225 P.: *ψιλὴ γὰρ ἡδονὴ . . . παράνομός ἐστι καὶ ἄδικος καὶ ἄλογος* III, 22 p. 265 P. *ἀγοράζουσιν ἡδονὰς* 28 *σκεῦος ἡδονῆς* 37 p. 276 P. Item *ὕβρις, τρυφή, ἡδυπάθεια, πολυτέλεια* saepe ab eo vexantur et acerrime castigantur (cf. Galen *π. ψυχ. παθῶν* c. IX, 45. 46).

propatulo est, id quod, nisi ex Stoico Clementem hausisse statuamus, nullo pacto explicari protest. Obiciat mihi aliquis: Quid? Ipse Clemens nonne stoica philosophia imbutus erat? Cur haec non ex ipsius ingenio nata et prolata esse possunt? Didicisse Clementem stoicam philosophiam non nego; illud nego atque id nisus ipsius scriptis eum usque eo imbibisse intimam hanc philosophiam et ita ei se addixisse, ut tanta constantia ab uno stoicorum principio ad minutissimas res descenderet. Id nisi a perfecto Stoico praestari non poterat, nedum ab eo scriptore, qui nihil minus quam constantiam et perpetuitatem certae rationis sequi solet.

Accedit quod plane contraria sunt haec stoicae philosophiae decreta et doctrina christiana, quae est et ipsius Clementis, quatenus ex suo ingenio, non ex aliorum libris haurit. Hic opponitur prava hominis natura virtuti vel saluti, quae paratur ipsa natura oppressa et restincta. Secundum stoicam vero rationem suam quisque secutus naturam haud vitiosam (Cic. de off. I, 120. 110) pervenit ad virtutem. Ab altera parte habes dualismum quem vocant, ab altera monismum.[1]) Jam Clemens utramque rationem miro modo miscuit. Est quasi biceps Ianus, qui incautos duplici facie fallere solet.. Sed qua tandem re commotus est, ut tam contraria et diversis frontibus sibi obstantia conciliare animum induceret? Stoicus, inquam, auctor ei idoneus visus est, quem exscriberet. Ab hoc totam materiam depromsit, huic sacrorum librorum memoriam adiunxit formulasque christianas aspersit.

Confirmatur vero inde haec sententia, quod facile est, ipsius Clementis additamentis resectis integrum Stoicum restituere. Multis locis nihil desideratur, si ea quae ex doctrina christiana sumpta sunt, removeamus; quin etiam aliis locis multo melius procedit universa disputatio atque argumentatio seclusis interpolationibus Clementis. Quid? quod nonnulli loci sic demum intelleguntur?[2])

---

[1]) Hoc iam sensit Merk in egregio libro, cui titulus est „Cl. Al. in seiner Abhängigkeit von der griechischen Philosophie“ Leipzig 1879.

[2]) v. Excursum.

Adhuc sola principia stoica, quibus quasi continetur argumentum alterius et tertii libri adhibui, ut probarem stoicum librum a Clemente compilatum esse.

Sunt vero etiam alia vestigia non pauca, quibus Stoicum deprehendimus. Velut plurimum operae consumitur in singulis vocibus definiendis et vi earum subtilissime cum explicanda tum distinguenda a synonymis. Quod argutiarum genus Stoicorum proprium est. Atque haud paucas definitiones, quae leguntur apud Clementem, probari potest prorsus isdem vel similibus verbis in scholis Stoicorum traditas esse. Sollemnis quidem apud illos est sapientiae definitio, quae II, 25 p. 181 P. invenitur „θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐπιστήμη". II, 12 p. 171 P. distinguuntur inter se et definiuntur ὀψοφαγία, λαιμαργία, γαστριμαργία cf. Ps. Andronicum, qui fere pendet a Stoicis, p. 19 ed. Kreuttner[1]). II, 26 p. 182 P. describuntur μέθη, παροινία, κραιπάλη, 46 p. 196 P. varia risus genera, 52 p. 199 P. αἰσχρολογία. Cum eis, quae leguntur de λαγνείᾳ § 93 p. 225 P. conferendus Ps. Andronicus l. l. p. 19, 10. Tum § 128 p. 247 P. circumscribuntur λιτότης (cf. III, 25 p. 268 P.), ἱκανότης, αὐτάρκεια. Haec est „ἕξις ἀρκουμένη οἷς δεῖ καὶ δι' αὑτῆς ποριστικὴ τῶν πρὸς τὸν μακάριον συντελούντων βίον" (cf. 7 p. 167 P. 16 p. 175 P. 39 p. 191 P.). Paene isdem verbis utitur Ps. Andronicus „ἕξις ἀρκουμένη οἷς δεῖ καὶ δι' αὑτῆς ποριστικὴ τῶν πρὸς τὸ ζῆν καθηκόντων" (Schuchardt p. 24, 10). Ibidem εὐτέλεια esse dicitur ἕξις ἀνυπέραρτος ἐν δαπάναις καὶ παρασκευαῖς (p. 24, 4). Huius loci ope sic emendo Clementem III, 41 p. 278 P.: ἡ εὐτέλεια ἕξις οὖσα ἀνελλιπὴς ἐν δαπάναις ταῖς εἰς ἃ χρὴ καὶ ἐφ' ὅσον χρὴ τελεῖσθαι προσηκούσαις (vulgo ἐξισοῦσα et ἀνελλιπέσι δ.). Denique εὐταξία, virtus a Stoicis maxime celebrata (cf. Cic. de off. I, 142) atque etiam a Clemente per totum librum commendata summisque elata laudibus, finitur III, 85 p. 303 P.; qui locus comparandus est cum Ps. Andr. p. 24, 8 Sch. et Stobaeo ecl. eth. p. 106 H., 61, 7—9 Wachsmuth. Alias definitiones in paedagogo obvias iam

[1]) Andronici qui fertur libelli *π. παθῶν* pars prior de affectibus ed. Kreuttner Heidelbergae 1884, pars altera de virtutibus et vitiis ed. Schuchardt, Darmstadt 1883.

Schuchardt p. 83 contulit. Patet haec omnia ex stoico fonte fluxisse: Nullo autem modo statui potest a Clemente compendium quoddam definitionum adhibitum esse. Nam primum multo amplius et copiosius notiones virtutum vel vitiorum exponuntur, quam solet fieri in ieiunis illis atque sterilibus compendiis. Tum definitiones illae artius ubique cohaerent cum universa disputationis serie, quam ut ex diverso fonte repeti possint. Unde efficitur universam potius disputationis seriem ex libro stoico esse translatam.

Cum hac opera in vocum notionibus explicandis posita cohaeret studium indagandi origines verborum, quo in genere eosdem stoicos admodum sibi placuisse notum est. Ut II, 2 p. 163 P. „ἀθλητής“ vocabulum derivatur a voce „ἄθλιος“ [1]), II, 7 p. 168 P. ἄσωτος explicatur ἄσωστος cf. 26 p. 182 P. 58 p. 203 P. 71 p. 212 P. 128 p. 247 P. Non minus stoicam disciplinam redolet consuetudo illa fabulas allegorica ratione interpretandi et ad morum doctrinam transferendi (II, 31 p. 185 P.; 34 p. 187 P.; III, 11 p. 258 P.), porro distinctio terminorum τέλος et σκοπός II, 83 p. 220 P., Stoicis tributa apud Stob. ecl. eth. p. 60 H. 47 W., item notio πληκτικῆς φαντασίας quae exstat II, 118 p. 241 P. Quae II, 80—82 p. 219 P. de somniis docentur, comparanda sunt cum Cicerone de div. I, 60 – 64; quae III 55 p. 286 P. de σημείοις proferuntur, concinunt cum Galeno hist. phil. 9 (Doxogr. ed. Diels p. 605) et Sexto Emp. P. H. II, 100 sq. Ne illud quidem a stoico auctore abhorret, quod in capite, non in corde mentis domicilium ponitur II, 34 p. 187 P.[2]). Denique hoc mihi velim explicet aliquis, quid sibi velit in ecclesiastico scriptore certa reipublicae descriptio, ex qua eicitur pretiosa supellex (II, 36 p. 189 P.) atque ornatus supervacuus (II, 106 p. 233 P.), pelluntur myropolae (II, 65 p. 208 P.), parasiti, moechi (II, 93 p.

[1]) Acriter et hoc loco et II, 7 p. 167 P. impugnat athletas. Quod Xenophanis et Platonis exemplum secuti Stoici posteriores solent facere: Sen. epist. 80, 2 88, 18. 19. Dio Chrys. tom. I, p. 415 Dind. Galenus in altera Protreptici parte inde a. c. X hac in re versatur. Hos impetus defendit Philostratus in libro qui inscribitur „*περὶ γυμναστικῆς*“.

[2]) v. Stein, die Psychologie der Stoa, Berlin 1886 p. 134.

226 P. III, 19 p. 263 P.), mimi (II, 45 p. 195 P. v. etiam II, 40 p. 192 P. 66 p. 209 P.). Stoicum auctorem omnibus his locis tenemus. Haec enim secta perfectae reipublicae formam et effigiem effingere solebat nec pauci Stoici proprios de republica scripserunt libros.

Omnibus his argumentis, quibus infra alia non minus gravia addam, manifestum fit ex stoico fonte maiorem alterius ac tertii libri partem fluxisse. Ab eodem vero auctore Clementem ubique pendere inde efficitur, quod eadem, de quibus exposui p. 3 sq., principia etiam atque etiam per utrumque librum summa constantia repetuntur. Accedit, quod universa materiae secundum varia vitae negotia et condiciones dispositio, quam ipse Clemens non excogitavit, unius auctoris certum prodit consilium.

Jam seorsum agam de primo libro. In quo, si ea excipias, quae ab ipso Clemente profecta esse patet — et erat sane in hoc libro maior eius industria quam in altero ac tertio — cetera stoica sunt: ipso primo capite in dividenda morali philosophiae parte consentit cum Posidonio qui teste Seneca (ep. 95, 65) „non tantum praeceptionem, (διδασκαλικὸς λόγος apud Clem.), sed etiam suasionem (ὑποθετικός) et consolationem (παραμυθητικός) et exhortationem (προτρεπτικός) necessariam iudicat“ cf. Philonem Larissaeum apud Stob. ecl. eth. p. 38 H. 39 W., Zelleri H. Ph. III 1, 206 sq.[1]) Sollemnem

[1]) Omnino Stoici potissimum in hoc litterarum genere versati sunt. De hypotheticis locutus est Bernays Ber. d. Akad. zu Berlin 1876 p. 607. De protrepticis si quis accuratius agat, operae pretium faciat. Hirzelius enim in antiquioribus temporibus substitit (Hermes X, 61 sqq.). Tales libros scripserunt Cleanthes, Aristo, Chrysippus, Persaeus, Posidonius. Hunc potissimum quin Cicero in Hortensio secutus fuerit, non dubito. Multa enim in eius fragmentis stoicae doctrinae insunt vestigia: fr. 1 et 28 ed. Turic. innuuntur quaestiones multum ab illa secta tractatae, fr. 11. 12 secundum Stoicorum rationem mihi loqui videtur de ratione, quae inter singulas scientias et philosophiam intercedat, fr. 47 stoicas disserendi argutias defendit, fr. 63 loquitur de bona hominis natura paullatim mala consuetudine depravata, fr. 70—76 contra voluptatem disputat. Cum fr. 34 cf. somn. Scip. 13, cum fr. 45 de nat. deor. II 54, cum fr. 93 Tusc. I, 19—21. Noli igitur credere Hermanni et Krischii (Göttinger Studien II, 191) coniecturae Philonem Ciceronis auctorem esse statuentium.

Stoicorum formulam agnoscimus I, 8 p. 102 P. ὑπαγορεύσει μὲν τῶν πρακτέων, ἀπαγορεύσει δὲ τῶν ἐναντίων (cf. Stob. ecl. eth. p. 192 H. 96 W., ubi Wachsmuthius alia attulit testimonia, Cic. de leg. I, 18), eandem usurpat I, 65 p. 137 P. I, 9 p. 102 P. Alia eiusdem scholae formula satis nota invenitur I, 64 p. 136 P. iustistia τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ [vulgo ἑκάστου] ἐστὶν ἀπονεμητική cf. Stob. ecl. eth. 102 H. 59 W. 104 H. 60 W. δικαιοσύνην ἐπιστήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ, unde Clementi restitui illud ἑκάστῳ, Cic. de leg. I, 19, Hierocles in comm. ad carm. aur. p. 54M. 47N., 68M. 79N., 83M. 85N. Quid? quod in Clemente I, 39—52 p. 121 Psq. Stoicorum de hominis procreatione doctrina accuratius exponitur quam in frustulis paucis apud doxographos servatis[1])? Etiam plane eidem, quod in altero ac tertio libro repperimus, studio vocabulorum vim definiendi, originem indagandi indulgetur I, 65. 66 p. 137 P., 75—87 p. 143 P. sq. I, 55 p. 130 P. clarissimorum regum velut Philippi atque Alexandri et potentissimorum virorum vesania castigatur Stoicorum vel Cynicorum more modoque[1]). I, c. 13 p. 159 P. sq. cum ipse Clemens significet se a Stoicis pendere, tum Potterus hoc ita probavit, ut nulla possit esse dubitatio. Sed haec hactenus. Stoicum enim fontem etiam in primo libro a Clemente compilatum esse iam perspicuum esse videtur. An idem auctor sit, quem in altero et tertio libro adhibuit, fateor dubitari posse. Sed interim liceat mihi hoc pro certo sumere, quod propter doctrinae similitudinem veri

---

Aristotelis quidem quos affert locos putaverim Ciceronem ex ipso Posidonio transtulisse.

Protrepticos libros Cicero etiam secutus est in laudibus illis philosophiae, quas passim libris suis inseruit. Indidem fortasse Stobaeus hausit in deperdito eclogarum ethicarum prooemio (vol. I, p. 6 W.). Quanta huius generis librorum posteriore aetate copia fuerit, ex M. Antonini (I, 7) fastidio eorum licet concludere. Ipse Augustus Hortationes ad philosophiam conscripsit (Diels Dox. graec. p. 83), Seneca Exhortationes. Ex scriptoribus nobis servatis in hoc campo Galenus, Iamblichus, Themistius versati sunt. Clemens christianis viam praeivit, quorum haud pauci *προτρεπτικοὺς πρὸς μαρτύριον* scripserunt.

[1]) I, 39 p. 121. 122 P. cf. Aetium p. 426 Diels, I, 48 p. 126 P. cf. ibid 417, 3—9 et proll. 188, 49 p. 127 P. cf. ibid. 425, 18.

simile videtur et quod infra in quibusdam capitibus probare studebo.

Jam vero Stoici huius aetas accuratius circumscribenda et definienda est. Quod fieri non potest, nisi intimam eius doctrinam inspiciamus. Nam adhuc singula modo stoicae doctrinae indicia attuli. Hoc patet Clementis auctorem non severae priscae scholae disciplinae addictum esse, sed posteriorum potius mitiorem rationem amplexari, incohatam illam a Panaetio et Posidonio Romaeque potissimum excultam. Omnem igitur philosophiae vim in recte vivendo ponit. Logica neglegit, ne naturalem quidem philosophiae partem adhibet nisi ita, ut inde aliquid utilitatis conferatur ad vitam recte agendam i. e. ad naturae normam dirigendam. Quod dilucide apparet in eis quae de deo docet; quem physica Stoicorum ratione posthabita non tam vim corpoream mundo insitam quam personam inducit sua providentia mundum regentem, hominum saluti prospicientem (cf. de Sen. Zeller H. Ph. III 1 p. 703 Brolén de philosophia Sen. Upsala 1880 p. 63 sq., de Epicteto Zeller l. c. p. 742). Ipse deus hominem procreavit[1]), paterno eum amore amplectitur, optimus eius amicus est. Quomodo igitur homini noceat vel irascatur, praesertim cum deus optimus sit, optimi proprium sit prodesse?[2]) Nonne totum mundum egregie instituit et omnia ad hominis utilitatem rettulit?[3]) Contra hominis est dei voluntati assentiri, ipsum deum imitari atque intueri. Supra humana et terrena naturae suae memor se extollere et ad divina eniti debet[4]). Vides stoicam doctrinam

---

[1]) I, 7 p. 101 P. 63 p. 135 P. II, 5 p. 166 P.

[2]) I, 7. 8 p. 102 P. 62. 63 p. 135. 136 P. 50 p. 127 P. Eaedem sententiae inveniuntur apud Epict. III, 24, 11 *πάντα . . . φίλων μεστὰ, πρῶτον μὲν θεῶν* etc. III, 22, 95 II, 17, 29, 33 II, 19, 27 IV, 3, 9 unde explicatur Epicteti epitaphium quod fertur apud Gell. II, 18 *καὶ φίλος ἀθανάτοις* III, 24, 113; non odit deus cf. III, 26, 28; IV, 1, 61; prodest semper cf. II, 8, 1 II, 22, 3; de paterno eius amore I, 9, 7 III, 24, 15 sq. et saepissime, Sen. dial. I.

[3]) I, 6 p. 101 P. sq. II, 119—121 p. 242 P., Zeller p. 177 sq.

[4]) de imitatione dei I, 4 p. 99 P. 20 p. 110 P. III, 1 p. 250 P. *ἐξομοιωθήσεται τῷ θεῷ* etc. I, 100 p. 158 P. *ἄλλο τί φαμεν ἢ θεάσασθαι τὸ θεῖον δεῖν*; II, 9 p. 169 P. I, 9 p. 102 P. cf. Epict. II, 14, 12. 13

platonico colore tinctam. Neque hoc offendit in eo auctore, qui utique inter eclecticos Stoicos numerandus est, qui sibi vindicabant libertatem etiam aliunde quicquid probabant sumendi. Platonem igitur cum Posidonio non solum in tripertita animi divisione sequitur (II, 34 p. 187 P., III, 1 p. 250 251 P.), sed studiosissime libros eius, imprimis Rempublicam et Leges, citat vel in suum usum convertit. Alibi Aristotelis auctoritate nititur, velut cum distinguit virtutem in agendo et virtutem in contemplando positam I, 9 p. 103 P. (cf. Sen. de otio, Musonium apud Stob. flor. II, p. 13 Mein., Max. Tyr. diss. XXI et XXII) et cum dicit optimum quidque in medio positum esse II, 16 p. 175 P., ut alia omittam. Nec pauca debet Xenophontis commentariis quos antiquitus praecipuo studio Stoici amplectebantur.

Etiam illa haud levi nota Stoicum agnosco, quod poetarum versus vel ipsos afferens vel verba eorum in suum usum convertens ubertatem quandam ornatumque orationi adiungit[1]) et quod exemplis ex fabulis et ex rerum memoria petitis praecepta solet illustrare. Posteriori aetati eum ascribendum esse ut ex eclectica ratione, ita ex eo sequitur quod universam philosophiae vim in moribus hominum conformandis ponit.

I, 12, 21 IV, 1, 104 fecit hominem *θεασόμενον τὴν διοίκησιν αὐτοῦ* ibid. 91—98 Zeller p. 753. Clem. II, 1 p. 162 P. invenimus corporis illum contemptum, quem Stoici posteriores viam munientes Neo-Platonicis prae se ferre solent (cf. Epict. I, 4, 18, qui locus persimilis est, III, 22, 41 IV, 1, 78. 100 IV, 7, 32). Ut ab Epict. solet fieri, corpus lutum esse dicitur — quamquam Stoicum non voce *χοῦς*, quam ipse Clem. ex S. S. sumpsit, sed voc. *πηλὸς* sollemni apud Epict. usum esse putaverim — et vinculis comparatur v. Zeller p. 710. — Data occasione moneo eas res, quas nihili aestimat, Epictetum fere diminutivis significare, qualia sunt: *σωμάτιον* (Sen. corpusculum) *ἀργυρωμάτιον ἀξιωμάτιον κτησείδιον φυσημάτιον χρυσωμάτιον.*

[1]) Frustra in ceteris Clementis libris hunc versuum ornatum quaeres. Viri igitur docti, imprimis theologi, cum certatim Clementis doctrinam, quippe qui plurimos legisset et memoria tenuisset poetas, collaudant solius Paedagogi locorum exemplo usi, prave eam laudem Christiano tribuunt, quae auctoris eius propria est. — Exemplis multum tribuitur I, 9 p. 102 P. III c. 8 p. 278 P. sq. cf. Sen. ep. 6, 5 „longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla"; 83, 13; 11, 8—10.

Comparat philosophum animos curantem cum medico, philosophiam cum medicina, vitia cum volneribus; quam collationem quanto studio Stoici excoluerint, testatur Cicero Tusc. I, 27[1]). Philosophus igitur quasi vitae artifex est, philosophiam sollemni apud posteriores Stoicos definitione usus vitae artem et scientiam esse dicit[2]). Et quid aliud Stoicus Clementis auctor eo libro, cuius imaginem et formam ex Paed. nobis informare et effingere possumus, sibi proposuerat, quam vitae artem quam accuratissime ita describere, ut — qua in re philosophi munus versari Persius ait — daret „tenuia rerum officia", ut praecepta poneret, quae ad omnia cottidiana negotia vulgarisque vitae condiciones pertinerent. Stoici autem praesertim posteriore aetate hunc campum in quo versarentur sibi elegerunt, hi praeceptis satis pusillis docere solebant, quomodo vel in minutis et levibus rebus virtus se exhiberet et ostenderet. Neque difficile qui legerit primi p. Chr. n. saeculi Stoicos, mirum eorum cum Clemente vel potius eius auctore consensum agnoscet. Quantum quidem illi huic totius vitae moderationi momenti tribuerint, optime Epicteti multis locis probatur. Qui quidem ei qui iudicare velit, sitne revera philosophus, hoc imperat IV, 8, 20: βλέπε πῶς ἐσθίω, πῶς πίνω, πῶς καθεύδω . . ἐκεῖθέν με χρῖνον εἰ δύνασαι. Idem III, 10: ἑκάστου, inquit, δόγματος, ὅταν ἡ χρεία

---

[1]) Clem. I, 3 p. 98 P. 6 p. 100 P. et per totum Paed. Simillima praebent Cic. Tusc. III praef. Sen. dial. I, 3, 2 III, 6, 1—3. 2, 1 Epict. II, 18, 9; 13, 12; 15, 3 III, 16, 12 IV, 18, 27—29 Bernays „Lucian und die Kyniker" p. 92 Max Tyr. diss. 41

[2]) Clem. II, 25 p. 181 P. *τέχνη γίνεται περὶ τὸν βίον* et antea. Cic. Tusc. II, 12 de fin. III, 4 „ars est enim phil. vitae" 24 IV, 10. Senecae locos collegit Brolén l. l. p. 31, qui non debebat omittere fr. IX, 17 Haase: „phil. nihil aliud est quam recta vivendi ratio vel honeste vivendi scientia vel ars rectae vitae agendae. Non errabimus, si dixerimus philosophiam esse legem bene honesteque vivendi et qui dixerit illam regulam vitae, suum illi nomen reddidit". Pers. sat. V, 40. 105. Musonius apud Stob. ecl. eth. p. 237 W. 245 W. *ἐπιστήμη δὲ περὶ βίον οὐχ ἑτέρα τις ἢ φιλ. ἐστὶ* etc. Aet. in Doxogr. graec. ed. Diels p. 273 Epict. I, 15, 2 *τῆς περὶ βίον τέχνης ὕλη ὁ βίος αὐτοῦ ἑκάστου* 20, 13 IV, 1, 63. 118 Max. Tyr. IV, 1 XXI, 3—7 XXXIII Dio Chrys. or. LXX.

παρῇ, πρόχειρον αὐτὸ ἔχειν δεῖ · ἐπ' ἀρίστῳ τὰ περὶ ἀρίστου · ἐν βαλανείῳ τὰ τοῦ βαλανείου. ἐν τῇ κοίτῃ τὰ περὶ τῆς κοίτης κτλ. 8 ὁ θεός σοι λέγει · δός μοι ἀπόδειξιν, εἰ νομίμως ἤθλησας, εἰ ἔφαγες ὅσα δεῖ, εἰ ἐγυμνάσθης, εἰ τοῦ ἀλείπτου ἤκουσας . . . . νῦν τοῦ πυρέττειν καιρός ἐστι. τοῦτο καλῶς γινέσθω · τοῦ διψᾶν, δίψα καλῶς · τοῦ πεινᾶν, πείνα καλῶς cf. IV, 9, 8. 12, 7; ench. 29, 6. 41 I, 4, 20. 13, 1 sq. II, 8, 12 III, 15, 10. Ex his locis concludo de omnibus vitae muneribus atque condicionibus solita esse certa tradi praecepta, de esu, potu, vestitu, ornatu, de matrimonio, somno etc. Neque miraberis quanta diligentia Stoici hunc locum tractaverint, si cogitaveris, quo munere fere id aetatis philosophi functi sint.[1]) Erant enim virorum principum consiliarii animorumque moderatores, erant adolescentium custodes, rectores morumque formatores, profitebantur totius populi magisterium, cum libertate promiscua obvios monerent. In hanc igitur aetatem optime quadrat ille liber, quem Clemens compilavit, ad moderationem atque gubernationem volgaris vitae spectans. Sed non solum ipsum argumentum Stoicum auctorem prodit, verum etiam singula persequitur eadem ratione qua primi p. Chr. n. saeculi Stoici. Quod nolo hoc loco fusius exponere, sed ne longus sim, leviora omittens, eos modo Epicteti locos, qui verbo tenus consentiunt, cum Clemente comparo:

Clem. I, 88 p. 150 P. ὡς γὰρ τὸ ἔσοπτρον τῷ αἰσχρῷ οὐ κακόν, ὅτι δεικνύει αὐτὸν οἷός ἐστιν, καὶ ὡς ὁ ἰατρὸς τῷ νοσοῦντι οὐ κακὸς ὁ τὸν πυρετὸν ἀναγγέλλων αὐτῷ (sic scribo pro αὐτοῦ) — οὐ γὰρ αἴτιος τοῦ πυρετοῦ ὁ ἰατρός, ἀλλ' ἔλεγχός	Epict. II, 14, 20 πῶς δύνασαι . . . ὑποσχεῖν τὸν ἔλεγχον . . .; οὐδαμῶς, ἀλλ' εὐθὺς ἀπαλλάσσῃ χαλεπῶς ἔχων. καίτοι τί σοι ἐγὼ κακὸν πεποίηκα; εἰ μὴ καὶ τὸ ἔσοπτρον τῷ αἰσχρῷ, ὅτι δεικνύει αὐτὸν αὐτῷ οἷός ἐστιν · εἰ μὴ καὶ ὁ ἰατρὸς τὸν

[1]) Ex Epict. verbis (IV, 4, 8): *οὐκ ἀρκῇ τῷ καθ' ἃ ἀνέγνωκας ἐσθίειν* efficitur non paucos libros tum in hoc argumento versatos esse. Pers V, 18: „plebeiaque prandia noris."

De munere philosophorum v. Diels Doxogr. p. 82, Friedländer Römische Sittengeschichte III, 589 sq., Martha les moralistes sous l'empire romain, Paris 1872.

ἐστι τοῦ πυρετοῦ, οὕτως οὐδὲ ὁ ἐλέγχων δύσνους τῷ κάμνοντι τὴν ψυχήν· οὐ γὰρ ἐντίθησι τὰ πλημμελήματα, τὰ δὲ προσόντα ἐπιδείκνυσιν ἁμαρτήματα . . .

Clem. I, 100 p. 158 P. τῷ μὲν οὖν ἰατρῷ οὐδὲν πρὸς ὑγίειαν συμβουλεύοντι ἄχθονται οἱ κάμνοντες, τῷ δὲ παιδαγωγῷ τῷ θείῳ πῶς οὐκ ἂν ὁμολογήσαιμεν τὴν μεγίστην χάριν μὴ σιωπῶντι.

III, 39 p. 277 P. μέτρον δὲ καθάπερ ὁ πούς τοῦ ὑποδήματος, οὕτως καὶ τῆς κτήσεως ἑκάστου τὸ σῶμα.

νοσοῦντα δοκεῖ ὑβρίζειν, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ· ἄνθρωπε . . πυρέττεις . . . . Sin quem animi gravissimorum morborum convincas, εὐθὺς ἐξελθὼν λέγει· ὕβρισέ με.

Epict. fr. 17 τῷ μὲν οὖν ἰατρῷ μηδὲν συμβουλεύοντι ἄχθονται . . . . πρὸς δὲ τὸν φιλόσοφον διά τί οὐκ ἄν τις οὕτω διατεθείη, ὥστε οἰηθῆναι ἀπεγνῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ σωφρονήσειν, εἰ μηδὲν λέγοι τι πρὸς αὐτὸν τῶν χρησίμων.

ench. 39 μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ ὡς ὁ πούς ὑποδήματος.

His liceat mihi addere locum ex Strom. III, 10 p. 514 P. sumptum, qui ad eundem Stoicum auctorem mihi videtur referendus esse:

δοκεῖ δέ μοι καὶ τοῦ Πλατωνος παρακηκοέναι ἐν τῇ Πολιτείᾳ φαμένου κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας πάντων, κοινὰς μὲν τὰς πρὸ τοῦ γάμου τῶν αἰτεῖσθαι μελλόντων, καθάπερ καὶ τὸ θέατρον κοινὸν τῶν θεωμένων φάσκοντος, τοῦ προκαταλαβόντος δὲ ἑκάστην ἑκάστου εἶναι καὶ οὐκέτι κοινὴν τὴν γεγαμημένην.

Epict. II, 4, 8 τί οὖν; οὐκ εἰσὶν αἱ γυναῖκες κοιναὶ φύσει; κἀγὼ λέγω. Comparatur cibi in convivio distributio 9 ἄγε, τὸ δὲ θέατρον οὐκ ἔστι κοινὸν τῶν πολιτῶν; ὅταν οὖν καθίσωσιν, ἐλθών, ἄν σοι φανῇ, ἔκβαλέ τινα αὐτῶν· οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες φύσει κοιναί. ὅταν δ' ὁ νομοθέτης ὡς ἑστιάτωρ διέλῃ αὐτάς, οὐ θέλεις καὶ αὐτὸς ἴδιον μέρος ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀλλότριον ὑφαρπάζεις . . . ;

Nemo non concedet admodum esse animadvertendum hunc consensum. Neque vero qui cautiore iudicio utitur, pro

certo affirmare audebit Clementem sua ex Epicteto transtulisse. Ideo integros Clementis locos exhibui, ut appareat intricatam esse quaestionem et cavendum esse ne secemus potius nodum quam solvamus. Multum differt apud Clem. I, 88 sententiarum series et continuatio ab Epicteto; sed mihi quidem elegantior esse videtur quam ut ex Clementis ingenio Epicteti vestigia legentis possit profecta esse. Dicet aliquis: An tu censes Epictetum hausisse ex eodem unde Clemens hausit fonte? Adhuc rem in dubio relinquam, dum alia accedant argumenta. Forsitan aliquis statuat Stoicum Clementis auctorem ab Epicteto pendere; infra ad hanc quaestionem redibo. Hoc utique non praetereundum est permultis aliis locis Clementem easdem praebere sententias atque Epictetum vel etiam eandem sententiarum seriem, ubi discrepant verba.[1]) His locis si quis dicat Clementem adisse Epicteti dissertationes, non satis cogitet hanc communem multorum primi saeculi Stoicorum doctrinam fuisse neque hanc opinionem possit conciliare cum Clementis ratione solita verbo tenus auctores suos exscribendi.

Facilior praesto est ratio. Adhibuit Clemens Stoicum paene aequalem Epicteti, qui persimilem disciplinam rationemque philosophandi amplectebatur. Neque veri est dissimile coniunctiorem quandam rationem inter Clementis Stoicum atque Epictetum intercessisse. Sic optime consensus ille explicatur et omnis difficultas tollitur.

Quod si verum est — nec vereor ne temeritatis arguar — iam satis artis finibus eius quem quaerimus scriptoris aetatem circumscripsimus. Unum restat argumentum adhuc omissum,

---

[1]) cf. Clem. I, 4 p. 99 P. et Epict. IV, 12. 19, Clem. II, 1 p. 162 P. *ὁπόταν γάρ τις* etc. Epict. I, 4. 18, Clem. II, 11 p. 171 P.; 55 p. 201 monetur, ne cibi praeripiantur cf. Epict. ench. 15 Clem. II, 5 p. 166 P. Epict. III, 26, 2—6, Clem. III, 11 p. 258 P. Epict. III, 1, 2. Simillima sunt, quae uterque de barba comaque alenda disputat, Clem. III, 18. 19 p. 263 P. 61. 62 p. 290 P. Epict. III, 1, 27 sq. I, 16, 13 so., imprimis Clem. III, 21 p. 264 P. *τὰ γυναικῶν οἱ ἄνδρες πεπόνθασιν καὶ γυναῖκες ἀνδρίζονται παρὰ φύσιν . . . ὦ τοῦ ἐλεεινοῦ θεάματος* Epict. III, 1, 28 *δείξω ὑμῖν ἄνδρα, ὃς θέλει μᾶλλον γυνὴ εἶναι ἢ ἀνήρ . ὦ δεινοῦ θεάματος.*

quo comprobatur quod de eius aetate statui, cynicae dico disciplinae studium quoddam et amorem. Stoici, cum olim ex Cynicorum schola profecti essent, magis magisque recedebant ab illius sectae austeritate et acerbitate; cuius in Panaetio quidem et Posidonio vix ullum vestigium invenias. Sed quo magis nimia luxuria corruptos mores ei simplicitati, quam ipsi probabant, repugnare videbant, Stoici arbitrati oportere in naturam converti et eo restitui unde publicus error expulerit, quem remiserant rigorem intendebant. Et ineunte primo saeculo ex stoica schola ii exstitisse videntur, qui cynismum renovare ac restituere studerent[1]). Neque igitur si cogitaveris quo modo et quibus de causis cynica secta revixerit atque effloruerit, miraberis posteriores Stoicos admodum cognatos et familiares Cynicis fuisse. Amplissimam disputandi materiam utrique scholae contra morum pravitatem declamationes praebebant differentes modo maiore vel minore severitate. Erant Cynici qui a genuino huius sectae et rigore et squalore abhorrentes mitiorem adamabant rationem Stoicis potius similem, velut Demetrius atque Demonax. Ab altera parte Stoici aut ipsi cynicum habitum vivendique rationem sequebantur aut certe cynicam disciplinam laudibus extollebant. Nonne putas Cynicum te audire, si legis apud Senecam (epist. 90) avaritiam paupertatis causam etiam iis esse quos facit locupletissimos (§ 3. 38), sub marmore atque auro servitutem habitare (10), non convenire, ut simul Diogenem mireris et Daedalum (14), immo omnia luxuriae instrumenta, ipsas artes expellendas esse, tam supervacuum esse coquum quam militem (15), pelles ferarum a frigore satis abundeque defendere posse et specus vel casas naturale praebere homini receptaculum (16 sq.), felix fuisse illud aevum, quo terra erat inlaborata

[1]) Panaetii potius quam ipsius Ciceronis (Zeller III, 1, 766) iudicium contineri puto loco de off. I, 148. In Arei Didymi epitome stoicae doctrinae (Stob. ecl. eth. p. 238 H. 114 W.) de cynismo eodem modo iudicatur atque loco Cic. de fin III, 68. — Primo saec. sub Cynicorum veterum nominibus epistolae pervolgatae sunt ad commendandam hanc philosophiam, v. Marcks symbola critica ad epistolographos Graecos Bonn 1883.

(40), arma cessabant (41), non metalla in ima terra quaerebantur (45)? Quamquam facile concedo Senecam impetu quodam abreptum hic magis declamatorie quam severe locutum esse. Reicit ille quidem ep. 5, 2 asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum (v. etiam Brolén l. l. p. 13. 25). Magis atque ex intima animi sententia ad cynismum inclinat Epictetus, qui in Cynici persona, dummodo recte munere suo fungatur, veri philosophi imaginem consummari putat (Zeller p. 751); et idem fere censet Dio Chrysostomus. Patet igitur quam arto vinculo utraque schola id aetatis coniuncta fuerit, ut Iuvenalis acerbe ille quidem, sed non sine causa stoica dogmata cynicis tunica modo distare dixerit. Iam vero Clementis auctor ipse quoque, quamvis homo elegantissimus a spurcitia sordibusque Cynicorum alienus sit — II, 78 p. 217 P. castigat κενοδοξίαν κυνικήν —, multis in rebus disciplinam eorum ac vivendi rationem probat. Laudat Diogenis dictum admonentis, cum veniret, mollem adolescentulum, ut virum sibi emeret (III, 16 p. 261 P. v. Zeller II, 1 [3] 244) et Cratetis notos versus in suam rem convertit (II, 93 Laert. VI, 85 fr. 2 Mullach). Nec fortuito factum est, quod alia Cynicorum dicteria persimilia sunt sententiis quae in Paed. leguntur. Diogenes quidem (Stob. flor. VI, 5 Laert. VI, 54 fr. 19 M.) πρός τινα νέον περιττῶς καλλωπιζόμενον · εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς, εἶπεν, εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. Idem (Laert. VI, 39 fr. 119 M.), ut ostendat stultum esse caput unguentare, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ait εἰς τὸν ἀέρα ἀπιέναι τὸ μύρον; ac similis exstat sententia in Luc. Nigr. c. 32. Cf. Clem. III, 19 p. 263 P. τὸ δὲ καλλώπισμα τῆς λειάνσεως, εἰ μὲν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, θηλυδρίου, εἰ δὲ ἐπὶ γυναῖκας, μοιχοῦ, II, 70 p. 211 P. ἀναδιδούσης γὰρ ἄνω καὶ ἀναθυμιωμένης κατὰ φύσιν τῆς εὐωδίας ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἔρημος τῆς ἀπολαύσεως ἡ ἀναπνοή. Dio Chrys. or. VI p. 203 R. narrat semper nudis Diogenem fuisse pedibus dicentem non magis tegimento pedibus quam oculis opus esse, μὴ γὰρ εἶναι τοῖς ἀνθρώποις δυνατὸν καταδησαμένους τὰ ὄμματα βαδίζειν, ὥσπερ τοὺς πόδας. Eandem calceorum cum vinculis comparationem habes apud Clem. II, 117, p. 240 καὶ γάρ πως

ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι cf. II, 122 p. 244 P.[1]) Omnibus his dictis asperum et amarum illud Cynicorum genus iocandi inesse non est quod moneam. Idem agnoscas aliis haud paucis locis, velut II, 111 p. 237 P. αἰσχύνομαι γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁρῶν τοσοῦτον ἐχχεόμενον πλοῦτον εἰς τὴν αἰδοίων σκέπην et paulo post τὸ πολυτελὲς τῆς ἐσθῆτος διελέγχωμεν ἐπιλέγοντες· τρίχες ἐστὲ προβάτων κτλ. cf. Demonactis dictum (Luc. vit. Dem. c. 41): τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει καὶ ἦν πρόβατον.

Sed haec leviora: illud multo gravius, quod universum vitae genus quale in Paed. depingitur et exemplaris loco ad imitandum proponitur, Cynicorum proprium est (Zeller II, 1[3], 269). Habemus libellum, quo Cynicorum victus cultusque satis accurate describitur, ‚Cynicum' inquam qui Luciani nomen fert. Hic libellus utrum Luciani sit necne etsi non audeo decernere, hoc tamen pro certo affirmaverim alterius saeculi, non byzantinae, ut putat Bernaysius[2]), aetatis eum esse. Iam aspiciamus huius Cynici habitum: procedit longa barba, promisso capillo, caret tunica calceisque, ut par est in Cynico. Ipsum pallium eius asperrimum est. Plane eumdem habitum Clementis auctor commendat.[3]) Et uterque eadem

---

[1]) cf. etiam Stob. flor. VI, 3. 4 et Clem. II, 5 p. 166 P., Stob. flor. VI, 33 et Clem. II, 66 fin. 67 p. 209 P., Laert. VI, 65 Athen. lib. XIII p. 565 C. *μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε καὶ οὐ γυναῖκα*; et Clem. III, 21 p. 264 P. Magis consentit cum hoc Diogenis apophthegmate Epict. locus III, 1, 30 *ἄνθρωπε, τί ἔχεις ἐγκαλέσαι σου τῇ φύσει; ὅτι σε ἄνδρα ἐγέννησε;* Ceterum pleraque Cynicorum apophthegmata primo p. Chr. n. saec. pervulgata esse puto.

[2]) „Lucian und die Kyniker" p. 105. Bernaysius ea potissimum ratione moveri videtur, quod ‚Cynici' auctor huic sectae favisse videatur, Lucianus acerrimus eius adversarius fuerit. Sed v. Vahlen ind. lect. Berol. 1882 et Fritzsche ed. Luc. vol. III pars II. p. XI.

[3]) de barba Clem. III, 18 p. 263 P. Etiam comam, modo ne molesta sit, Clementis auctor ali iubet; qua in re differt a Stoicorum consuetudine ad cutem caput tondentium v. O. Jahn ad Pers. sat. III, 54 Clem, III, 61 p. 290 P. Pallium Cynici Lucianei *οὐ . . . λεπτὸν οὐδὲ μαλακὸν οὐδὲ ἀνθηρόν* (v. Clem. II, 104 sq. p. 232 P. III, 53—56 p. 286 P.) . . *τοιοῦτον ὁποῖον ἂν πορισθείη ῥᾷστα καὶ τῷ κτησαμένῳ πράγματα ὡς ἐλάχιστα παρέχον*? Omnibus enim in rebus simplicitatem (*εὐτέλειαν* v. Clem. III, c. 7 p. 276 P. et saepe) docet praeferandam esse luxuriae v. c. 1.

ratione rectum et ideoneum hunc habitum esse ostendit. Iniuria Luciani Cynicus pauperem se nominari dicit; omnia sibi suppetere, quibus indigeat. Id enim unicuique sufficere debere, quod desiderio naturali et necessitati satisfaciat (c. 3 ὅπερ ἂν ἐξαρκῆται πρὸς τὴν ἐκείνου χρείαν κτλ. c. 7 ἱκανῶς ἔχον πρὸς τὴν χρείαν cf. supra p. 4). Velut domus et vestis inventa sunt σκέπης ἕνεκα (c. 4, idem Clem. II 106 p. 233 P. 109 p. 235 P.). Sint sane viles; nonne eundem praebent usum quem pretiosae? Semper haec ita adhibenda sunt, ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὸ σκεπόμενον; cf. Clem. II, 115 p. 239 P., ubi sic scribo: δεῖ δὲ τῆς σκέπης, οἶμαι, αὐτὸ κρεῖττον ἀποφαίνειν τὸ σκεπόμενον. Porro pedes optimos esse eos, qui optime munere suo fungantur. Nonne nudos pedes egregie suo officio fungi? (c. 4 cf. Clem. II, 117 p. 240). Omnino totum suum corpus melius se habere quam luxuriosorum hominum cf. Clem. II, 5 p. 166 P. Neque recte sibi obici dicit stultum esse, cum omnia a deo in hominum usum instituta sint, eis quae prompta ac parata sint non uti. Minime enim in unius usum omnia facta esse cf. Clem. II, 120 p. 242. 243 P. 76 p. 215 P. Quot porro malorum causa luxuria est[1])! καὶ ταῦτα μέντοι, inquit c. 9, πάντα γίγνεται τῶν τε ποικίλων ἱματίων οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων . . . . τῶν δὲ ἐκπωμάτων τῶν ἀργυρῶν οὐκ ὠφελούντων τὸν πότον οὐδὲ τῶν χρυσῶν οὐδ' αὖ τῶν ἐλεφαντίνων κλινῶν τὸν ὕπνον ἡδίω παρεχομένων . . . ὅτι μὲν γὰρ αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι, τί δεῖ λέγειν; Clem. II, 37 p. 190 P. ἐγὼ δέ φημι καὶ τοῦ σκίμποδος οὐδὲν

---

11. 15. 8. Postremo capite vituperat homines, quod terras mariaque scrutentur, ut voluptates gulae undique (Clem. II 3 p. 164 P.) sibi conquirant *τὰ ξενικὰ τῶν ἐπιχωρίων ἀεὶ προτιμῶντες καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν εὐτελῶν καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν εὐπορίστων*, Clem. II, 115 p. 239 P. *τί ποτ' οὖν διώκετε τὰ σπάνια καὶ πολυτελῆ πρὸ τῶν ἐν μέσῳ καὶ τῶν εὐτελῶν* II, 121 p. 243 P. 15 p. 174 P. 38 p. 190 P. Luc. c. 17. 9 vestes colore tinctae reiciuntur ut apud Clem. II, 108 p. 234 P.

[1]) Affert c. 8 Eriphyles exemplum, quod per interpolationem insertum esse nego, quia sollemne est (Sen. de matrim. 66 Haase, Epict. II, 22, 32 Inv. VI, 655) et invenitur apud ipsum Clementem II, 109 p. 236 P.

κακίω παρεχομένου κατάκλισιν τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης, τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι φοινικίδων ἢ πορφυρίδων, κατεγνῶσθαι ὅμως τῆς εὐτελείας δι' ἀβελτερίαν ἀρχεκάκου τρυφῆς, 35 p. 188 P. ἐκπωμάτων τοίνυν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποιημένων . . . ἄθετος ἡ χρῆσις κτλ., 2 p. 163 P. αἱ μὲν οὖν πολυειδεῖς ποιότητες ἀποπτυστέαι ποικίλας ἐντίκτουσαι βλάβας, καχεξίας σωμάτων, 5 p. 166 P. ἐπεὶ μηδὲ ὠφελεῖσθαι πέφυκε τὰ σώματα ἐκ τῆς πολυτελείας τῶν βρωμάτων etc. Luc. c. 10: Usque adeo rerum usum homines pervertunt, ut pro iumentis utantur ipsis hominibus (cf. c. 17 Clem. III, 74 p. 296 P. οὐδὲ μὴν καθάπερ ὑποζυγίοις τοῖς οἰκέταις χρηστέον τῷ ὑγιαίνοντι. III, 27 p. 269 P.), ut carne (sc. conchyliorum) non ad vescendum, sed ad inficiendam vestem utantur (c. 11 Clem. II, 115 p. 239 P. cf. Pers. II, 65 Sen. dial. XII, 11, 2). Omnia haec Cynicus improbat, ipsum aurum argentumque reformidat (c. 15 Clem. II, 35. 36 p. 188. 189 P.). Deum enim ait nulla re indigere, hominem parvo contentum deo simillimum esse c. 12 Clem. III, 1 p. 250 P. 39 p. 277 P.

Praecipuo quodam studio solebant id aetatis philosophi declamationibus suis invehi in resinatam atque levigatam iuventutem, omnino in eos qui nimium temporis pilis impendebant. Velut Seneca dial. X, 12, 3 castigat illos, „quibus apud tonsorem multae horae transmittuntur, dum decerpitur, si quid proxima nocte succrevit, dum de singulis capillis in consilium itur... quomodo irascuntur, si tonsor paulo neglegentior fuit, tamquam virum tonderet? etc.“ Ridet apud Pers. IV, 35 Socrates Alcibiadem penemque arcanaque lumbi runcantem dicens: „Tu quum maxillis balanatum gausape pectas, inguinibus quare detonsus gurgilio exstat?“[1]) cf. Iuv. VIII, 14. 114. Tritum ac sollemne hoc declamandi argumentum Cynicis fuisse apparet ex Epict. III, 22, 10, ubi is qui temere Cynicum profitetur: κἂν ἴδω, inquit, τινὰ δρωπακιζόμενον, ἐπιτιμήσω αὐτῷ, κἂν τὸ κόμιον πεπλακότα . . . . et Iuvenalis dicit talia philo-

[1]) Persimilis est Clem. locus III, 23 p. 266 P. *οὗτοι γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πρὸς τὰς ἄλλας πεπολωμένοι τρίχας μόνον τὰς ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιέπουσι.*

sophos Herculis verbis invadere (sat. II, 20), qui patronus erat Cynicorum et opponitur in Luciani libello viris levibus mollibusque. Hinc optime illustratur egregium illud Demonactis dictum (Luc. vit. Dem. c. 50). Qui, cum proconsul ex numero τῶν πιττουμένων τὰ σκέλη καὶ τὸ σῶμα ὅλον acriter consulturus esset in Cynicum quendam, qui lapide conscenso publice hoc vitium reprehenderat, παρῃτεῖτο συγγνώμην ἔχειν αὐτῷ κατά τινα πάτριον τοῖς Κυνικοῖς παρρησίαν θρασυνομένῳ. εἰπόντος δὲ τοῦ ἀνθυπάτου · νῦν μέν σοι ἀφίημι αὐτόν, ἂν δὲ ὕστερον τοιοῦτόν τι τολμήσῃ, τί παθεῖν ἄξιός ἐστιν; καὶ ὁ Δημώναξ · δρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κέλευσον. Iam hunc ipsum locum similiter Lucianus et Clemens tractant. Illius Cynicus laudata heroum virtute: οὐκ ἂν ὑπέμειναν, inquit c. 14, ... οὐδὲν μᾶλλον ἢ τῶν λεόντων τις ξυρώμενος . ὑγρότητα γὰρ καὶ λειότητα σαρκὸς γυναιξὶν πρέπειν ἡγοῦντο, αὐτοὶ δέ, ὥσπερ ἦσαν, καὶ φαίνεσθαι ἄνδρες ἤθελον καὶ τὸν πώγωνα κόσμον ἀνδρὸς ἐνόμιζον ὥσπερ καὶ ἵππων χαίτην καὶ λεόντων γένεια, οἷς ὁ θεὸς ἀγλαΐας καὶ κόσμου χάριν προςέθηκέ τινα. οὑτωσὶ δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὸν πώγωνα προςέθηκεν . . . λεαίνοντες καὶ ψιλούμενοι πᾶν τοῦ σώματος μέρος καὶ μηδὲ τῶν ἀπορρήτων μηδὲν ᾗ πέφυκεν ἔχειν ἐῶντες (v. etiam c. 17). Iam confer, quaeso, Clementem III, 16 p. 261 P.: τὸ γὰρ ἄνδρας ὄντας ξυρᾶσθαι καὶ λεαίνεσθαι πῶς οὐκ ἀγεννές; III, 15 οἳ σφᾶς καταπιττοῦσιν . . . . οὐδὲν αἰσχυνόμενοι τοὺς ὁρῶντας οὐδὲ τοὺς παριόντας, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτοὺς ἄνδρας ὄντας 18 p. 263 P. ὁ γὰρ θεὸς τὴν μὲν γυναῖκα λείαν ἠθέλησεν εἶναι αὐτοφυεῖ τῇ κόμῃ μόνῃ ὥσπερ ἵππον τῇ χαίτῃ[1]) γαυρουμένην, τὸν δὲ ἄνδρα καθάπερ τοὺς λέοντας γενείοις κοσμήσας καὶ τοῖς λασίοις ἤνδρωσε στήθεσι. Mirus sane consensus sententiarum ipsorumque verborum! Qui inde explicari potest, quod solebat hoc argumentum agitari Cynicorum et Stoicorum disputationibus ac declamationibus. Unde factum est, ut eaedem apud varios auctores, Lucianum, Clementis Stoicum, Senecam, Epictetum (v. p. 18) redeant sententiae. Quamquam ne illud quidem veri est dissimile ‚Cynici' auctorem eundem, quem

---

[1]) Haec comparatio fluxisse videtur ex Simonidis iamb. fr. 7, 56 sq.

Clemens compilavit, librum novisse. Hoc enim certum est, nec verbum amplius addam, hanc cynicae vitae descriptionem et commendationem non in Clementis cerebro ortam esse, sed anxie eum auctoris sui vestigia pressisse.

Qualis autem hic auctor cuiusque aetatis fuerit, satis accurate ostendi: a severitate priscae doctrinae alienus inter eclecticos posterioris aetatis Stoicos numerandus, porro, quia omnem philosophiae vim in virtute moribusque collocat, primo p. Chr. saeculo ascribendus videtur, quod inde confirmatur, quod admodum ad cynicam disciplinam vergit. Eadem denique qua Senecam et Epictetum aetate eum fuisse doctrinae similitudine probatur. Itaque consentaneum est propter eam rationem, quam inter hunc et Epictetum vidimus intercedere, nobis in mentem venire Epicteti magistrum clarissimum, Musonium inquam.

Tamen haec coniectura, nisi gravia accederent argumenta, speciosa illa quidem fortasse, sed vana esset ac futilis. Sunt vero gravia argumenta, quibus confirmetur. Servatae nobis sunt apud Stobaeum disputationes Musonii, a Peerlkampio seorsum editae[1]). An Pollio has dissertationes in ἀπομνημονεύμασι Μουσωνίου (v. Suid. s. v. Μουσώνιος) memoriae tradiderit et hinc Stobaeus vel eius auctor eas exscripserit, plane incertum est. Probabilius quispiam putaverit Stobaeum haec capita omnia debere Lucii nescio cui libro, ἀπομνημονεύμασι puto. Exstat enim apud Stob. ecl. II, p. 193 W. hoc lemma: Λυκίου ἐκ τῶν Μουσωνίου[2]), et nominatur Lucius Musonii discipulus (Zeller III p. 691). Sed huic uni capiti praefixum est Lucii nomen, ut de ceteris nihil constet. Ergo unde Stobaeus

---

[1]) C. Musonii Rufi philosophi stoici reliquiae et apophthegmata ed. Peerlkamp, Harlemi 1822.

[2]) Ipsum hoc caput an recte prae se ferat Lucii nomen, dubitarem, nisi exstaret memoria philosophi Lucii. Nam apud Stob. ordo lemmatum turbatus est.

Vagae sunt coniecturae Bernhardtii (zu G. Mus. Rufus, Sorau 1866), qui pro *Λυκίου* legit *Κλαυδίου* (sc. Pollionis) et cum Peerlkampio putat eundem Claudium esse, qui a Plin. ep. I, 31 dicatur Musonii memoriam libro consecrasse. At in Plinii ep. nunc meliore lectione legitur „Anni Bassi", non „Musonii".

haec capita depromserit nescimus; hoc tamen ipsa eorum indole versimile fit ea fluxisse ex commentariis a discipulo Musonii editis. Cum his autem disputationibus Musonii miro modo non solum universa Paedagogi doctrina, qualem supra delineavi concinit, sed consentiunt singulae sententiae, non raro ipsa verba.

Musonii quoque decretum est gravissimum atque iterum iterumque repetitum, vitam esse dirigendam secundum naturam vel deum. Continetur autem naturae consentanea vita virtute, ad quam omne animal suam naturam sequens fertur (Nieuwland[1]) p. 94—99, de Clem. supra p. 3). Recta vita quae sit docet philosophia. Unde efficitur etiam mulieribus esse philosophandum[2]). Quem locum similiter tractant Clemens I, 10 p. 103 P. et Musonius apud Stob. (ecl. eth. p. 235 et 244 W. Peerlk. p. 242–253), quamquam Clemens brevissimus est[3]). Docent igitur eandem esse viri et mulieris virtutem, eandem rationem, eosdem sensus, eadem nutrimenta; propterea mulieres non minus quam viros philosophia esse imbuendas; quamquam diversa utriusque sexus esse officia conceditur. Ut ταλασιουργία soli mulieri, γυμναστικὴ viro convenit (Cl. III, 49 p. 283 P., Mus. apud Stob. ecl. II, p. 238 W.). Iam vero vitae consentaneae naturae plane eandem imaginem informat

---

[1]) in diss. Peerlk. editioni praemissa.

[2]) Haec Stoicorum sententia est. Lact. inst. III, 25 testatur eos statuisse mulieribus esse philosophandum. Pariter pueros et puellas educandos esse Zeno proprio libro ostendit; Plutarchei de eodem argumento libri fragmenta exstant in ed. Paris. vol. V, 41. cf. etiam Antisthenis dictum apud Laert. VI, 12 *ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή*, Sen. dial. VI, 16, 1.

[3]) Idem argumentum multo copiosius Clemens tractat strom IV, 58–63 p. 590 P., quod caput persimile est Musonii sententiis. 58 *κοινὴ γὰρ ἁπάντων ἀνθρώπων . . . ἡ σωφροσύνη* cf. Stob. ecl. 236. 244 sq. W., 59 *σωφροσύνης οὖν ἐπιμελητέον καὶ δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἁπάσης ὁμοίως μὲν γυναικὶ* Stob. l. c. 237. 238. At diversa viri ac mulieris munera sunt 59. 60 Stob. 238; 61. 62 de mulieris fortitudine cf. Stob. 237, ubi item affertur Amazonum exemplum. Non dubito, quin Clem. hic pendeat a Musonio; quamquam a capitibus apud Stob. servatis magis differt, quam ut inde hausisse statui possit.

ac describit Musonius quam Clementis auctor. Proficiscar ab eis quae de victu Musonius docet (Stob. Mein. I, p. 285 tit. 17, 43 et 297 tit. 18, 38): Cibus vilis pretioso, obvius raro praeferendus est (l. l. 285 εὐτελῆ τῆς πολυτελοῦς . . . καὶ τὴν εὐπόριστον τῆς δυσπορίστου cf. Cl. II, 15 p. 173 P. ἐν εὐτελείᾳ σώφρονι 121 p. 243 P. III, c. 7). Tum postquam dixit esse aptissima, quae gignuntur ex terra vel parantur a vivis animalibus (Cl. II, 15), sic pergit:

τούτων δὲ τῶν βρωμάτων ἐπιτηδειότατα μέν, οἷς αὐτόθεν χρῆσθαι ὑπάρχει δίχα πυρός, ἐπεὶ καὶ ἑτοιμότατα· οἷα δὴ τά τε ὡραῖα καὶ τῶν λαχάνων ἔνια καὶ γάλα καὶ τυρὸς καὶ κηρία etc.

Cl. 15 τῶν γάρ τοι βρωμάτων ἐπιτηδειότατα, οἷς αὐτόθεν χρ. ὑ. δ. π., ἐπεὶ καὶ ἑτοιμότερα. δεύτερα δὲ τὰ εὐτελέστερα κτλ. antea βολβοί ἐλαῖαι, λαχάνων ἔνια, γάλα, τυρὸς, τά τε ὡραῖα . . . κηρίων. Alius hic ordo est apud Clem., sed ipse quoque aptissimus; unde concludo Clementem haec non sumpsisse ex capite apud Stob. tradito.

τὴν μέντοι κρεώδη τροφὴν θηριωδεστέραν ἀπέφηνε καὶ τοῖς ἀγρίοις ζώοις προσφορωτέραν. εἶναι δὲ ταύτην ἔλεγε καὶ βαρυτέραν καὶ τῷ νοεῖν τι καὶ φρονεῖν ἐμπόδιον· τὴν γὰρ ἀναθυμίασιν τὴν ἀπ' αὐτῆς θολωδεστέραν οὖσαν ἐπισκοτεῖν τῇ ψυχῇ.

11 p. 171 P. Recte Pythagorei (quibus Paulum adiecit Clemens) docent carnem edendam non esse. θηρίων γὰρ μᾶλλον τοῦτό γε καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀναθυμίασις θολωδεστέρα οὖσα ἐπισκοτεῖ τῇ ψυχῇ.

Homo deis familiarissimus est ac debet nutriri similiter deis, qui vapores hauriunt. οὕτω δ' ἂν καὶ τὴν ψυχὴν ἡμῶν ὑπάρχειν καθαράν τε καὶ ξηράν, ut Heraclitus iubet.

Clem. II, 29 p. 184 P. cum monet, ne nimis vino irrigemur, ergo alia quam Mus. apud Stob. occasione pergit: οὕτω δ' ἂν καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπάρξαι καθαρά καὶ ξηρὰ καὶ φωτοειδής, tum Heracliti dictum sequitur.

Hac vero aetate, Musonius pergit declamare, nos homines multo pravius vescimur beluis[1]), quae nesciunt ventri servientes artes ac varia lenocinia gulae titillandae causa inventa (cf. Clem. II, 2. 3 p. 163. 164 P.), quibus vitiatur stomachus (Cl. II, 2; imago, quae est in verbis ὅθεν κτλ., invenitur apud Cl. III, 46 p. 281 P.). — Turpissimum vitium est helluatio ac voracitas, quas non satis student fugere homines (l. l. p. 297)

καίτοι γαστριμαργία τί ἂν εἴη ἄλλο ἢ ἀκρασία περὶ τροφήν, δι' ἣν ἄνθρωποι τὸ ἡδὺ τὸ ἐν σίτῳ τοῦ ὠφελίμου προτιμῶσι; καὶ ὀψοφαγία δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀμετρία περὶ χρῆσιν ὄψου.

Cl. II, 12 p. 171 P. ἡ γοῦν ὀψοφαγία οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀμετρία περὶ χρῆσιν ὄψου καὶ ἡ λαιμαργία μανία περὶ τὸν λαιμόν, καὶ ἡ γαστριμαργία ἀκρασία περὶ τὴν τροφήν, ὡς δὲ καὶ τοὔνομα περιέχει, μανία ἐπὶ γαστέρα. Si Clem. definitionem λαιμαργίας non ex suo ingenio hausit, quod certum est, sed et hanc et etymologiam γαστριμαργίας, ex stoico fonte transtulit, sequitur, eum non pendere ab auctore apud Stob. servato.

πανταχοῦ δὲ κακὸν οὖσα ἡ ἀμετρία ἐν τοῖς μάλιστα τῇδε τὴν ἑαυτῆς ἐπιδείκνυται φύσιν, παρεχομένη τοὺς ὀφοφάγους ἀντὶ ἀνθρώπων ὑσὶν ἢ κυσὶν ὁμοιουμένους τὴν λαβρότητα καὶ εὐσχημονεῖν μὴ δυναμένους.

11 πανταχῇ δὲ κακὸν οὖσα ἡ ἀμετρία περὶ τὰς τροφὰς μάλιστα διελέγχεται, paulo ante ἔστι γὰρ ὁρᾶν τοὺς τοιούτους ὑσὶν ἢ κυσὶν διὰ τὴν λαβρότητα μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις ὡμοιωμένους.

εὐσχημοσύνη diligentissime suadetur apud Cl. II, 31 p. 185 P.

---

[1]) Hominis cum belua comparationem satis tritam illa aetate (Marcks l. c. p. 16) invenimus et in Paed. et in Mus. dissertationibus, v. Clem. II, 1 p. 163 P. 7 p. 167 P. 9 p. 169 P. 11 p. 171 P. 18 p. 176 P. III, 37 p. 276 P., ut alia omittam; Mus. apud Stob. I, 286. 297 IV, 88 Nieuwland l. c. p. 61. 62.

Uterque cohortatur, ut servemus decorum, fugiamus foedum in conviviis, at non eodem modo. Alter communia praecepta dat, contra apud Clem. arte vere Theophrastea imagines haud decore se gerentium ita describuntur et depinguntur, ut oculis tibi videaris eos videre. Neque qui aliquem talibus in quaestionibus habet veri sensum, statuet Clementem hic pendere a Musonii discipulo (Cl. II, 11—13. 31).

Musonius postquam exposuit varia quot sint in edendo peccandi pericula, dicit omnino non voluptatis causa cibum esse sumendum, sed ut conservemur: διαμονῆς ἕνεκα καὶ οὐχ ἡδονῆς, Clem. I, 1 οὔτε σκοπὸς ἡδονή, ὑπὲρ δὲ τῆς ἐνταῦθα (quod fortasse Cl. addidit) διαμονῆς, ex Socratis praecepto non vivendum esse, ut edamus, sed edendum, ut vivamus (Cl. I, 1).

Mus. ὅτι δὲ καὶ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν ἄνθρωπον τοῦ σῴζεσθαι χάριν, οὐχὶ τοῦ ἥδεσθαι σῖτα καὶ ποτὰ παρεσκεύασεν αὐτοῖς, μάθοι τις ἂν ἐκεῖθεν μάλιστα,

Cl. II, 5 p. 166 P. οὐ γάρ που μεμαθήκασι τὸν θεὸν παρασκευάσαι τῷ δημιουργήματι, τῷ ἀνθρώπῳ λέγω, σῖτα καὶ ποτὰ τοῦ σώζεσθαι χάριν, οὐχὶ δὲ τοῦ ἥδεσθαι.

quod minimum temporis spatium delectat cibus hominem. Nihilo minus brevis gulae voluptatis causa homines nihil non moliuntur, mare navigant[1]), μάγειροι δὲ γεωργῶν[2]) περισπουδαστότεροί εἰσι.

Cl. II, 9 p. 169 P. δι' ἣν (sc. κατάποσιν) πολυτιμότεροι γεγόνασι μάγειροι γεωργῶν.

---

[1]) hoc quoque volgare erat primo saec. „in prandia regum dicere" (Pers. I, 67). Pauca decerpo ex. Sen. dial. XII, 10, 5: „pretiosos (sc. cibos) autem . . . raritas et difficultas parandi facit . . . quid opus est tot artibus ventri servientibus? quid mercaturis? quid vastatione silvarum? . . . omnes regiones pervagantur, maria traiciunt" Iuv. I, 135: „Optima silvarum interea pelagique vorabit rex horum . . . una comedunt patrimonia mensa" Mus. apud Stob. I, 299 *δεῖπνα παρατίθενται τινες ἀγρῶν ἀναλίσκοντες τιμάς.* Simillima praebet Clem., velut I, 3 p. 164 P.: *ὅσα τε χθὼν πόντου τε βένθη καὶ ἀέρος ἀμέτρητον εὖρος ἐκτρέφει, τῇ αὑτῶν ἐκποριζόμενοι λαιμαργίᾳ.*

[2]) Proprio capite Mus. celebrat agricolae vitam (Stob. II, 336). Hic est unus ex communibus Stoicorum locis multum decantatus, v. Cic. Cato 28, 51—54, Plut. passim, Max. Tyr. or. 30. Eunap. v. soph. p. 49 Boiss. Ex talibus libellis, quales certe multi ferebantur, laudem

Quam stulte agant ganeones ac nepotes, apparet

Mus. οὐδαμῶς ὠφελουμένων τῶν σωμάτων ἐκ τῆς πολυτελείας τῶν βρωμάτων. πᾶν γὰρ τοὐναντίον οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς ἰσχυρότατοί εἰσι. τοὺς γοῦν οἰκέτας τῶν δεσποτῶν καὶ τοὺς χωρίτας τῶν ἀστικῶν καὶ τοὺς πένητας τῶν πλουσίων ἴδοις ἂν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ῥωμαλεωτέρους ὄντας κτλ.

Clem. II, 5 ἐπεὶ μηδὲ ὠφελεῖσθαι πέφυκε τὰ σώματα ἐκ τῆς πολυτελείας τῶν βρωμάτων. πᾶν γὰρ τοὐναντίον οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς ἰσχυρότεροί εἰσι καὶ ὑγιεινότεροι καὶ γενναιότεροι (ubique comparativum restitui) ὡς οἰκέται δεσποτῶν καὶ γεωργοὶ κτητόρων. καὶ οὐ μόνον ῥωμαλεώτεροι, ἀλλὰ καὶ φρονιμώτεροι, ὡς φιλόσοφοι πλουσίων.

Num censes hanc philosophorum laudem Clementem addidisse? Minime vero. At, si ipse non addidit, ex Musonii quidem capite a Stob. tradito hausisse non potest. —

Porro Mus. auctore, etiamsi nullum corpori damnum pretiosi variique cibi afferrent, tamen viro probo praeferenda esset εὐτελὴς τροφή, ὅτι αὕτη σωφρονικωτέρα.

ἵνα δὲ συνελὼν εἴπω περὶ τροφῆς τὸ πᾶν, φημὶ δεῖν σκοπὸν μὲν αὐτῆς ποιεῖσθαι ὑγίειάν τε καὶ ἰσχύν, ad quae paranda nulla opus est luxuria. — Haec de victu. Vestitum (Stob. I, 37

Cl. II, 2 τὸ δὲ ἐκ δυεῖν τὸ ζῆν τοῦτο, ὑγιείας τε καὶ ἰσχύος σύγκειται, οἷς μάλιστα κατάλληλον τῆς τροφῆς τὸ εὔκολον κτλ.

---

agriculturae continentibus excerpta sunt qae praebet Stob. sub tit. 56 *περὶ γεωργίας ὅτι ἀγαθόν*. Alius locus communis a Mus. tractatus est de exsilio ferendo de quo non male agit Gréard De la morale de Plutarque Paris 1874 p. 215. Hunc igitur locum tractarunt praeter Mus. (Stob. II, 70—75) Teles, quem Mus. legisse videtur (Stob. II, 65), Cic. parad. 4 Tusc. V, 105—109, Plut. *περὶ φυγῆς*, Sen. ad Helv. et aliis locis, quos composuit Zeller p., 716 adn. 4. Ubique easdem sententias inveniri non mirum est, si respicimus Cic. Tusc. III, 81 „separatim certae scholae sunt de exsilio“ (cf. Bywater Heracliti fr. praef. p. X). Has sententias sollemnes colligere operae pretium est, ut saepe sunt collectae sententiae consolationum propriae. Locos a Stobaeo laudatos sub tit. 40 *περὶ ξένης* ex talibus libellis fluxisse videor mihi demonstrare posse. Denique de *φιλαδελφίᾳ* egit Mus. (Stob. III, 129) cf. Plut. librum, Xen. mem. II, 3, 1 Cyr. VIII, 7, 15, Stob. tit. 84.

tit. 1, 84) docet quaeri debere, ut arma, φυλακῆς ἕνεκεν τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐπιδείξεως (v. Cl. II, 106 p. 234 P. 116 p. 140 P. 109 p. 235 P. ὄψεως, οὐ σκέπης ἡ ἐσθὴς αὕτη). Reicienda igitur sunt τὰ περίβλεπτα (cf. Cl. 114) quibus convertere (ἐπιστρέφειν, Cl. l. l.) volunt in se hominum oculos.

Musonius:

δεῖ γὰρ τῆς σκέπης[1]) αὐτὸ χρεῖττον ἀποφαίνειν τὸ σκεπόμενον καὶ ἰσχυρότερον, ἀλλ' οὐκ ἀσθενέστερόν τε καὶ χεῖρον. Non placent haec vocabula ἀσθενέστερον et ἰσχυρότερον,

Clem. II, 115 p. 239 P.

δεῖ δὲ τῆς σκέπης, οἶμαι, αὐτὸ χρεῖττον ἀποφαίνειν τὸ σκεπόμενον, ὡς τὸ ἄγαλμα τοῦ νεώ . . σφᾶς αὐτὰς ἀχρειοτέρας καὶ ἀτιμοτέρας τῶν ὑφασμάτων ἐλέγχουσιν.

quasi σκέπη possit esse ἰσχυρά. Multo sunt aptiora, quae apud Clem. leguntur.

Porro laudatur, qui uno, magis laudatur, qui nullo egeat χιτῶνι. Mus.:

καὶ τοῦ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τῇ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι, ἡ δ' ἀνυποδησία πολλὴν εὐλυσίαν τινα καὶ εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσίν, ὅταν ἠσκημένοι ὦσιν.

Clem. II, 117:

ἀνδρὶ δὲ εὖ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία . . . . καὶ γάρ πως ἐγγὺς τὸ ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι. ἀσκητικώτατόν γε τοι γυμνοῖς χρῆσθαι τοῖς ποσὶν καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ εὐκολίαν εὔθετον, ἔνθα μή τις ἀνάγκη διακωλύοι.

Ut a vestitu, ita a domo omnis supervacuus splendor removendus est:

πόσῳ μὲν εὐκλεέστερον τοῦ πολυτελῶς οἰκεῖν τὸ πολλοὺς εὐεργετεῖν; πόσῳ δὲ καλοκαγαθικώτερον τοῦ ἀναλίσκειν εἰς ξύλα καὶ λίθους τὸ εἰς ἀνθρώπους ἀναλίσκειν; πόσῳ

120 p. 243 P. πόσῳ μὲν γὰρ εὐκλεέστερον τοῦ πολυτελῶς οἰκεῖν τὸ πολλοὺς εὐεργετεῖν; πόσω δὲ συνετώτερον (hoc melius quam quod discipulus Mus. praebet) τοῦ

---

[1]) Meineke in Stob. *τὴν σκέπην* ex A. legi vult. Clementis codd. praebent: *τὴν σκέπην αὐτὸ αὐτῆς*, unde Cobet: *δεῖ δὲ τὸ σκέπον αὐτὸ ἑαυτοῦ.*

δὲ ὠφελιμώτερον τοῦ περιβεβλῆσθαι μεγάλην οἰκίαν τὸ κεκτῆσθαι φίλους πολλούς; ὅπερ γίνεται τῷ προθύμως εὐεργετοῦντι. τί δ' ἂν ὄναιτό τις τηλικοῦτον ἀπ' οἰκίας μεγέθους τε καὶ κάλλους, ἡλίκον ἀπὸ τοῦ χαρίζεσθαι . , εἰς λίθους καὶ χρυσίον τὸ εἰς ἀνθρώπους ἀναλίσκειν; πόσῳ δὲ ὠφελιμώτερον τῶν ἀφύχων κοσμίων τὸ φίλους κεκτῆσθαι κοσμίους. τίνα δ' ἂν ἀγροὶ τοσοῦτον ὅσον τὸ χαρίζεσθαι ὠφελήσειαν;

Etiam de barba colenda idem praescribunt: Ea modo barbae pars tondenda est, quae molesta est (Stob. I, 156 tit. 6, 62 Cl. III, 61 p. 290 P.) neque vero munditiarum causa (οὐχὶ κόσμου χάριν Cl. 61 οὐχὶ ὡραϊσμοῦ χάριν) coma tondenda aut barba radenda est.

Mus. τὸν δὲ πώγωνα καὶ σύμβολον γεγονέναι τοῦ ἄρρενος, ὥσπερ ἀλεκτρυόνι λόφον καὶ λέοντι χαίτην.

Cl. III, 19 p. 263 P. τοῦτο οὖν τοῦ ἀνδρὸς τὸ σύνθημα . . . . σύμβολον τῆς κρείττονος φύσεως et antea cf. p. 21.

Qui glabri evulsis pilis muliebrem speciem affectant (III, 17. 62), viri nomine indigni sunt (ἀνδρόγυνοι καὶ γυναικώδεις cf. III, 15 p. 261 P. sq.), mulieribus potius similes, quibus student placere (cf. III, 19).

Summam Mus. mediocritatem in supellectile comparanda praescribit (Stob. III, 147 tit. 85, 20), quae non debet ultra id quod ad usum necessitas desiderat excedere (τὴν χρείαν ὑπερβεβηκότα cf. Cl. II, 35 p. 188 P. κτῆμα τὴν χρείαν ὑπερβεβηκός).

Mus. κλῖναι μὲν ἐλεφάντιναι καὶ ἀργυραῖ ἢ νὴ Δία χρυσαῖ, τράπεζαι δὲ παραπλησίας ὕλης, στρωμναὶ δὲ ἁλουργεῖς καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων. ἐκπώματα δὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα, τὰ δὲ λίθων ἢ λιθοειδῶν τινων . . . . καὶ σπουδάζεται ταῦτα πάντα, τοῦ μὲν σκίμποδος οὐδὲν κακίω παρεχομένου κατάκλισιν

Cl. II, 35 p. 188 ἐκπωμάτων τοίνυν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ πεποιημένων λιθοκολλήτων τε ἄλλων ἄθετος ἡ χρῆσις ὄψεως ἀπάτη μόνον . . κλῖναί τε ἀργυρόποδες καὶ ἐλεφαντοκόλλητοι . . στρωμναί τε ἁλουργεῖς καὶ ἄλλων χρωμάτων δυσπορίστων. Multo plura praebet Clem., quae certe hausit ex alieno fonte. 39 p. 191 P. οὐ σπουδάζειν

ἡμῖν τῆς ἀργυρᾶς ἢ τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης, τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδος ἢ φοινικίδος, . . . καὶ πίνειν γε νὴ Δία ἐκ κεραμεῶν ποτηρίων παρόν, ἃ τό τε δίψος σβεννύειν παραπλησίως πέφυκε τοῖς χρυσοῖς καὶ τὸν ἐγχεόμενον αὐτοῖς οἶνον οὐ λυμαίνεται, ὀσμὴν δέ γε ἡδίω τῶν χρυσῶν καὶ τῶν ἀργυρῶν παρέχεται. Omnino quo quidque difficilius paratur, usurpatur, servatur, eo peius est. ἃ δὲ κτώμεθα μὴ χαλεπῶς καὶ χρώμενοι[1]) ἐπαινοῦμεν καὶ φυλάττομεν ῥᾳδίως, ταῦτα ἀμείνω. Fictilia igitur et ferrea meliora sunt argenteis et aureis, ὅτι ἡ κτῆσις τούτων εὐμαρεστέρα · . . . ἥ τε χρῆσις πλείων . . ἥ τε φυλακὴ ἥττων · τὰ γὰρ εὐτελῆ τῶν πολυτελῶν ἐπιβουλεύεται ἧττον . . .

περὶ τούτων πάνυ δίκαιον. 37 p. 190 P. ἐγὼ δέ φημι καὶ τοῦ σκίμποδος (sic lego pro τοὺς σκίμποδας) οὐδὲν κακίω παρεχομένου (vulg. παρεχομένους) κατάκλισιν τῆς ἐλ. κλίνης, τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι φοινικίδων ἢ πορφυρίδων, κατεγνῶσθαι ὅμως τῆς εὐτελείας δὶ ἀβελτερίαν ἀρχεκάκου τρυφῆς. in § 38 frustula Musoniana agnosco: Christus volebat bibere σκεύει κεραμεῷ, qua de re nihil legimus in Ev. Joh. 4, 6 ss. sed hoc Clem. finxit — σβεννύναι τὸ δίψος εὐκόλως διδάσκων cf. 37; 35: μεταδίδωσι ποιότητος ἡ ὕλη (sc. argentea vel aurea) λυμαινομένη τὸ κρᾶμα, 38 ἃ δὲ καὶ κτώμεθα μὴ χαλεπῶς καὶ χρώμενοι εὐκόλως ἐπαινοῦμεν καὶ φυλάττομεν ῥᾳδίως καὶ κοινωνοῦμεν εὐκόλως αὐτῶν, (ἀμείνω).[2]) ἀμείνω δὴ τὰ χρήσιμα, βελτίω δὲ δήπουθεν τὰ εὐτελέστερα τῶν πλουσίων. cf. II, 39 p. 191 P.

---

[1]) Jacobs et Meineke hic ex Clem. *εὐκόλως* inseruerunt. Sed vereor, ne hoc non librarii neglegentia, sed eius qui, ut infra videbimus, Mus. librum excerpsit, sit omissum.

[2]) vulgo post *χαλεπῶς* interpungunt et apodosim incipiunt, tum legitur *αὐτῶν. ἀμείνω δὲ*. Quod non probabit, qui attentius leget Clem., quam plerique solent tales scriptores legere. Equidem loco opitulari studui, sed vereor ne Cl. nimis mutilaverit auctoris verba.

τί ποτ' οὖν διώκεται τὰ σπάνια καὶ πολυτελῆ πρὸ τῶν ἐν μέσῳ καὶ τῶν εὐτελῶν; ὅτι ἀγνοεῖται τὰ καλὰ καὶ τἀγαθὰ καὶ ἀντὶ τῶν ὄντων τὰ δοκοῦντα σπουδάζεται παρὰ τοῖς ἀνοήτοις· ὥσπερ δὴ καὶ οἱ μαινόμενοι πολλάκις λευκὰ τὰ μέλανα νομίζουσιν. ἄνοια δὲ μανίας συγγενέστατον. II, 115 p. 239 P. τί ποτ' οὖν διώκετε τὰ σπάνια καὶ πολυτελῆ πρὸ τῶν ἐν μέσῳ καὶ τῶν εὐτελῶν; ὅτι ἀγνοεῖτε τὸ ὄντως καλὸν καὶ τὸ ὄντως ἀγαθὸν καὶ ἀντὶ τῶν ὄντων τὰ δοκοῦντα παρὰ τοῖς ἀνοήτοις σπουδάζετε, οἳ τοῖς μεμηνόσιν ἐπ' ἴσης τὰ λευκὰ ὡς μέλανα φαντάζονται.

Rebus venereis Mus. vetat uti nisi in matrimonio (Stob. I, 154 tit. 6, 61 Clem. II, c. 10). Hoc utique ineundum est:

Mus. . . . νομοθέται . . . πάντες συμφορώτατον μὲν ταῖς πόλεσιν ἐνόμισαν τὸ πληθύνεσθαι τοὺς τῶν πολιτῶν οἴκους. Stob. III, 74, III, 5 οὐ γὰρ ἂν διαμένοι genus humanum etc. Est autem matrimonium βίου καὶ γενέσεως παίδων κοινωνία (Stob. III, 26 cf. Clem. II, 83 p. 220 P.) Itaque maxime peccant quae conceptas liberorum spes elidunt (l. l. p. 74. 129 Cl. II, 96). Libido enim propagandi generis causa homini data est. II, 95 227 P. πληθύνεσθαι γὰρ (ὁ κύριος) βούλεται τὴν ἀνθρωπότητα, 83 τῆς τοῦ παντὸς διαμονῆς causa liberi sunt procreandi.

Mus... τὰ δέ γε ἡδονὴν θηρώμενα φιλὴν ἄδικα καὶ παράνομα, κἂν ἐν γάμῳ ᾖ I, 155 Quanto magis improbandum est adulterium; quod qui perpetrant, tenebras quaerunt ipsi sceleris sibi conscii: καίτοι τό γε πειρᾶσθαι λανθάνειν, ἐφ' οἷς πράττει τις, ὁμολογοῦντος ἁμάρτανειν ἐστί. respondeat aliquis: qui meretrice utitur, is nulli facit iniuriam. ἐγὼ δὲ ἔχω μὲν λέγειν ὡς πᾶς ὅστις ἁμαρτάνει, καὶ ἀδικεῖ εὐθύς, εἰ Clem. II, 92 p. 255 P. φιλὴ γὰρ ἡδονή, κἂν ἐν γάμῳ παραληφθῇ, παράνομός ἐστι καὶ ἄδικος καὶ ἄλογος. Student arbitros stupri removere oculosque hominum fugere. καίτοι τό γε πείρᾶσθαι λανθάνειν, ἐφ' οἷς πράττει τις, ὁμολογοῦντος ἁμαρτάνειν ἐστίν. πᾶς δὲ ὃς ἁμαρτάνει, καὶ ἀδικεῖ εὐθὺς οὐχ οὕτως τὸν πέλας, ἂν μοιχεύῃ, ὡς ἑαυτόν, ὅτι μεμοίχευκεν, ἀλλὰ πάντως αὐτὸν χείρονα ἀποφαίνει καὶ ἀτιμότερον· ὁ γὰρ

καὶ μηδένα τῶν πέλας, ἀλλ' αὐτόν γε πάντως χείρονα ἀποφαίνων καὶ ἀτιμότερον. ὁ γὰρ ἁμαρτάνων, παρ' ὅσον ἁμαρτάνει, χείρων καὶ ἀτιμότερος. ἵνα οὖν ἐῶ τὴν ἀδικίαν, ἀλλ' ἀκολασίαν γε πᾶσα ἀνάγκη πάντως προσεῖναι τῷ ἡττωμένῳ αἰσχρᾶς ἡδονῆς.

ἁμαρτάνων, παρ' ὅσον ἁμαρτάνει, χείρων καὶ ἀτιμότερος αὐτὸς αὑτοῦ, πάντως δὲ ἤδη που καὶ ἀκολασία πρόσεστι τῷ ἡττωμένῳ αἰσχρᾶς ἡδονῆς.

De matrimonio Clem. agit etiam Strom. II c. 23. Stoicum auctorem hic ab eo compilatum esse apparet, si similes conferas Epicteti disputationes I, 23 II, 4 II, 23, 38 III, 7, 20 etc. et Senecae de matrimonio libri fragmenta[1]). Iam vero congruit huius capitis cum universus tenor tum singulae sententiae cum Musonio. Similis quidem legitur matrimonii definitio (strom. II, 137 p. 502 P) et ex corporis natura atque institutione id convenire homini ostenditur (139 p. 503 P. Mus. apud Stob. III, 4). Porro probatur quantum patriae, generis humani, nostrae salutis intersit matrimonium contrahi cf. Mus. apud Stob. III, p. 5. 6. Maiorem quidem nullam esse amicitiam ea quae cum uxore coniungatur, nullam meliorem curam ea quam mulier praesertim aegroto praestet (140 p. 504 P. Mus. apud Stob. III, 26). Uterque similiter legislatorum auctoritate confirmat sententiam suam et laudat concordiam mariti uxorisque (Clem. 141. 143 p. 105 P. Mus. apud Stob. III, 74 et 33).

Iam contuli Clementis et Musonii locos, quorum vel

---

[1]) ed. Haase vol. III, p. 428. Is ipse quoque contra Epicurum disputat § 45 cf. Clem. strom. II, 138. Idem § 85: „nihil est foedius quam uxorem amare quasi adulteram. Certe qui dicunt se causa rei ublicae et generis humani uxoribus iungi et liberos tollere, imitentur saltem pecudes et postquam uxorum venter intumuerit, non perdant filios“ etc. Sen. § 66 de Eriphyles proditione et de belli Troiani origine similiter loquitur atque Clem. paed. II, 109 p. 236 P. III, 13 p. 259 P. 84: „in aliena uxore omnis amor turpis est, in sua nimius“. — Solebant omnino posteriores Stoici matrimonium commendare v. Stob. ecl. eth. p. 94 et 109 W. Cic. de fin III, 68.

sententiae vel ipsa verba congruunt[1]). Quaeritur, qua ratione explicemus insignem hunc consensum? Eundemne Clemens librum compilavit, cuius capita quaedam Stobaeus nobis servavit? Consentaneum est obiter inspicientem sic statuere, et statueruut hoc omnes adhuc, qui hanc rem tetigerunt viri docti, Potterus, Ruhnkenius (Timaei lex. voc. σισύρα) sagacissimus talium rerum indagator, Peerlkampius, qui „saepe, inquit, complures versus ex Mus. scriptis suos fecit nulla auctoris mentione facta et nonnulla loca ita adumbravit, ut inde aliquid adiumenti mihi oriretur in emendandis corruptis." Cobetus, qui nuper hac de re egit (Λόγιος Ἑρμῆς p. 478), nihil novi attulit.

Tamen graves videntur obstare difficultates huic sententiae: quidam Clementis loci ita consentiunt cum Musonio, ut ea quae praecedunt et insequuntur, diversa sint ab eis, quae in capitibus illis a Stob. servatis praecedunt et insequuntur, tamen non liceat statuere eum haec quae diversa sunt ex suo ingenio addidisse. Sunt enim aperte stoica. An Clem. haec ex altero Stoico hausit? At optime cohaerent cum eis quae etiam apud Mus. leguntur, ut improbabile sit haec Clementem, cum aliunde arripuisset, tam apte conectere potuisse cum Musonianis. Accedit, quod demonstravi, quae maiore Paedagogi parte, imprimis altero et tertio libro continetur Stoicorum doctrina, hanc ex uno eodemque fonte repetendam esse. Hunc fontem Stobaeanos commentarios esse non licet statuere, nisi dicas ea quae Stoico auctori Clem. debet,

---

[1]) Obiter hic comparem breviora Mus. dicta (v. Peerlkamp p. 254–275) cum Clem. Quae legimus Epict. III, 6, 10. 23, 29 Gell. V, 1, confirmant vituperandi quasi artem in Paed. I, c. 8–10 delineatam a Mus. auctore repetendam esse. Apud Plut. de coh. ira c. 2 Mus. comparat philosophiam cum medicina cf. quae dixi p. 12. In Epict. de amicitia libello (Stob. ecl. eth. p. 159 W.) idem distinguit adventicia et quae in hominis potestate sunt (cf. Clem. II, 102 p. 231 III, 36) et ἡμᾶς, inquit, *συμψήφους χρὴ τῷ θεῷ γενέσθαι* cf. Clem. I, 9 p. 102. Gell. XVIII, 2: „Remittere, inquit Mus., animum quasi amittere est." Eadem fere sententia Clem. II, 25 p. 181 P. Denique cf. Mus. dicta apud Stob. I, 146 tit. 6, 8 Clem. II, 52 p. 199; Stob. II, 27 tit. 31, 6 Clem. III, 15 p. 261; Stob. II, 253 tit. 48, 16 Clem. II, 47. 48 p. 197.

cum in capitibus commentariorum a Stob. servatis non inveniantur, ex aliis eius libri capitibus nobis non servatis fluxisse. At nego diversos eiusdem libri locos tam bene Clementem concinnare potuisse. Si ipsos commentarios compilasset, certe non solum singula enuntiata, sed amplior disputatio longiorque sententiarum series consentiret. Tum sic statuendum esset haud paucis locis magnopere Clementem studuisse aliis verbis auctoris sui sententias exprimere. Sed hoc studium a segnitie eius nobis sane grata et accepta abhorret. Solet enim auctores suos verbo tenus exscribere; quod facile apparet in Philone, Aristobulo Iudaeo, in doxographis et mythographis. Sed fac eum hic maius studium impendisse, magis suo iudicio et eligendi libertate usum esse quam solet; fac etiam, cum saepius in commentariis Musonius tertia persona inducatur et obliqua oratione loquens, eum primam personam rectamque orationem substituisse: quo modo illud explicas, quod supra ostendi Clementem, ubi consentit cum commentariis, saepe plura praebere eaque meliora, quam ut ex ipsius ingenio nata esse possint, saepe graviora et aptiora verba, quam quae in commentariis leguntur, ut ipse magis placeat magisque genuinus Stoicus esse videatur?

Nisi alia via progrediamur, incidimus in eos laqueos, ex quibus nos explicare non possumus. Restat, ut utrumque scriptorem ex eodem fonte hausisse statuamus. Neque difficile est hunc fontem indagare. Ferebantur Suida auctore Musonii Λόγοι διάφοροι φιλοσοφίας ἐχόμενοι. Hac de re potest dubitari utrum ipse Mus. librum suum inscripserit Λόγους φιλοσοφίας ἐχομένους[1]), an haec sint Suidae vel potius eius auctoris verba libri argumentum adumbrantis. Etsi Λόγους fuisse libri titulum certum mihi esse videtur. Nescio autem quo iure de ipso libro dubitaverint non modo Nieuwlandius, verum etiam Heerenius, Ritterus, Zellerus[2]), praesertim cum accedat

[1]) hoc statuitur apud „Pauly, Realencyclopädie".

[2]) Nieuwland l.l. p. 50: „Ferebantur, si Suidae fides habenda est, antiquitus variae Musonii de philosophicis rebus dissertationes, quod an de scriptis ab ipso libris intellegendum sit an vero de apomnemoneumaton opere . . . . incertum est". Heeren ed. Stob. ecl. vol. II, 265:

Eunapii testimonium (vit. soph. p. 6 Com. p. 3 Boissonadè), nebulonis illius quidem, sed cui non est cur hac in re diffidamus. Is igitur „παρ' οἷς (sc. Cynicis), inquit, ἦν Μουσώνιος καὶ Δημήτριος καὶ Μένιππος καὶ ἕτεροί γέ τινες πλείους. οὗτοι δ' ἦσαν ἐπιφανέστεροι. τούτων δὲ σαφεῖς μὲν καὶ ἀκριβεῖς οὐκ ἦν ἀνευρεῖν βίους . . . ἱκανοὶ δὲ αὐτῶν ἦσάν τε καὶ εἰσὶ βίοι τὰ γράμματα".

Iam quid probabilius est quam ipsius Musonii Λόγους a Clem. compilatos esse? Sic facile explicatur consensus Clementis cum commentariis. Horum auctor scholas, quas habuit Musonius exsul in Gyaro insula, postea memoriae consecravit[1]). Atque in his commentariis conscribendis, quotiens ad eos locos accedebat, quos ipse Musonius in opere suo tractaverat, hoc opus, ut par erat, adhibuit. Sic etiam diversitates explicantur. Neque enim mirum est Clementem saepe meliora atque magis genuina Musonii discipulo praebere. Suo enim more usus anxie auctoris sui verba pressit, quae data occasione liberius adhibuit commentariorum auctor. Omnino plane diversa est indoles utriusque libri. In commentariis habes singulas declamationes variis occasionibus habitas neque ullo vinculo conexas; contra Musonii ipsius libro quem Clem. adhibuit unum idemque argumentum copiosius tractatur, et huius libri capita certa ratione unoque consilio continentur. Differt etiam dicendi genus. In Clementis auctore invenio amplius et grandius dicendi genus, nervos incitatae et elatae orationis,

---

„Ipse num quid scripserit, incertum est." Ritter Gesch. d. Phil. V, 204: „Als Schriftsteller hat er sich wahrscheinlich nicht gezeigt." Zeller l. c. 730: „Von Schriften, die er verfasst hätte, wird nichts berichtet."

[1]) Gyari Musonium a commentariorum auctore auditum esse, efficitur ex loco apud Stob. II, p. 74 Mein. *ἀλλ' ἐγώ σοι οὐ δοκῶ εἶναι φυγάς; . . . . ἀλλ' οὐδὲ μὰ Δία λυπούμενον ἢ ἀθυμοῦντα διὰ τὴν φυγὴν φαίης ἂν ἑωρακέναι με κτλ.* Contra librum a Clem. compilatum Romae scriptum esse demonstrabo. — Hoc notum est praesertim posteriore aetate saepe discipulos magistrorum scholas publici iuris fecisse v. Diels Doxogr. p. 19 Freudenthal ‚Der Platoniker Albinus' etc. Berlin 1879 p. 303. Quod etiam si ipsi magistri libros scripserant, interdum factum est, ut docent exempla Aristotelis et aliorum, qui ediderunt Platonis *περὶ τἀγαθοῦ* scholas, Eudemi, Philodemi discipuli Zenonis Epicurei, discipulorum Posidonii. cf. Galen. de libr. propr. XIX 8 sqq.

vigorem illum et fervorem, qui comparari potest cum libello qui fertur De sublimitate. In commentariis reperitur oratio ipsa quoque cultissima, simplicior autem et tenuior. Quae cum ita sint, Musoniana doctrina quae in Paedagogo continetur, ex commentariis fluxisse non potest. Ipse, antequam scirem Musoniani operis memoriam apud Suidam et Eunapium exstare, opus quoddam Musonii fontem Paedagogi comminiscebar. Eo minus patiar hanc memoriam in dubitationem vocari, immo etiam ea re confirmem, quod Hierocles eum librum, in quo Musonii vestigia secutus est, ut infra ostendam, eodem Λόγων titulo inscripsit.

Quod vero potest esse gravius testimonium quam ipsius Clementis, qui furti reus ipse se convincit, cum non satis caute in furando se gerit? Legimus igitur III, 41 p. 278 P.: ὅπως μὲν οὖν συμβιωτέον ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα καὶ περὶ αὐτουργίας καὶ οἰκουρίας καὶ οἰκετῶν χρήσεως, πρὸς δὲ καὶ τῆς ὥρας τοῦ γάμου καὶ τῶν ὅσα γυναιξὶν ἁρμόζει, ἐν τῷ γαμικῷ διέξιμεν λόγῳ.

His verbis nisi omnes theologi statuerunt Clementem consilium cepisse proprio libro, quem vellet inscribere Λόγος γαμικός, his de rebus agere. At huius libri nec vola nec vestigium exstat, et nego umquam Clementem istum librum aut scribere sibi proposuisse aut scripsisse, quia illas res quas promittit se tractaturum esse, paene omnes tractat huius tertii libri c. 10 et 11. Dicat igitur aliquis ipsa haec capita a Clemente significari. Tamen duplex restat difficultas. Primum, cum Clemens non proprie inscripserit his capitibus titulum Λόγος γαμικός, admodum obscura est haec ad insequentia relegandi ratio, quamvis concedam liberiore citandi ratione veteres usos esse. Tum vero frustra in his postremis capitibus quaeres locum, ubi agat de tempore nuptiarum (περὶ ὥρας τοῦ γάμου). Statue mecum Clementem a Musonii Λόγοις pendere: clara luce quae antea obscura erant illustrantur. Neque enim haec citandi ratio obscura erat in Λόγοις Musonii, quippe qui unum caput appellasset Λόγον γαμικόν. Et in hoc certe capite Mus. etiam de nubendi tempore quaedam protulerat, quae Clem. oblitus est transscribere.

Alter locus exstat II, 94 p. 226 P.: καθόλου μὲν οὖν εἰ

γαμητέον ἢ γάμου εἰς τὸ παντελὲς καθαρευτέον — ἔχεται γὰρ ζητήσεως καὶ τοῦτο — ἐν τῷ περὶ ἐγκρατείας ἡμῖν δεδήλωται. Statim sanavi haec verba. Vulgo enim legitur οὖν ἢ et prave interpungitur. Quis autem est hic περὶ ἐγκρατείας λόγος? Nam λόγον hic subaudiendum esse, non κεφάλαιον aut βιβλίον, analogia λόγου γάμικοῦ et λόγου συμποτικοῦ (II, 43 p. 194) docet. Iterum theologi finxerunt Clementis proprium librum. Sed proprio scripto hoc argumentum a Clem. tractatum esse eo improbabilius est, quia satis copiose hac de re agit Strom. II, 137—140 p. 502 sq.; ubi incipit his verbis: ζητοῦμεν δέ, εἰ γαμητέον cf. 140 γαμητέον οὖν πάντως. Quamquam hic locus a Clem. designari non potest, quia Paedagogus tempore antecedit Stromatibus. Neque potest inveniri Paedagogi ipsius ullus locus, quem respiciat. Dormitans Clem integrum hoc enuntiatum ex Musonio transtulit. Habemus igitur non Clementis, sed Musonii Λόγον περὶ ἐγκρατείας, titulum eius ipsius capitis, quod compilavit Clem. Strom. l. c. Egregie enim comprobatur, quod supra p. 32 ostendi hoc Stromateon caput ab eodem Stoico auctore atque Paedagogum repetendum esse. Quod caput integrum ex alieno fonte translatum esse, iam Bernaysius, cum de Buzygis devotionibus ageret, ostendit (Ber. d. Akad. zu Berlin 1876, p. 607).

In nostris litteris sicubi nihil certi traditur, divinatione et coniectura utendum est. Et hanc sane coniecturam Musonii opus a Clem. compilatum esse undique confirmatam video. In Musonii quidem personam omnia cadunt, quae de Clementis auctore exposui. Ipsa aetas optime quadrat. Etiam hoc consentaneum est Epicteti doctrinam cum Paedagogo consentire, si modo Mus. Clementis auctor est. Epictetus enim scholis interfuit Musonii, cui quantum debeat ex hoc ipso consensu licet concludere. Neque quidquam impedit, quominus eis locis, quibus Epictetus et Clemens vel potius eius auctor verbo tenus congruunt, statuamus aut Epictetum meminisse locorum, quos in Musonii Λόγοις legerat, aut — quod forsitan probabilius sit — Arrianum Musonii locos in suam rem convertisse. Tum hoc optime explicatur, quod Clementis auctorem ad cynicam disciplinam propensum esse vidimus.

Recte enim de Musonio iudicat Zellerus l. c. p. 735: „In einzelnen Punkten werden diese Grundsätze überspannt, Mus. geht über die Grenzen des Stoicismus hinaus und nähert sich theils der cynischen Einfachheit, theils auch der neupythagoreischen Ascese". Plurimum quidem apud eum valet Antisthenis, Diogenis, Cratetis auctoritas, etiam Teletis declamationes novit. Cynicorum vitae genus eum amplexatum esse inde concludo, quod comam et barbam ali iubet, tunicam reicit, specum domicilium homini ab ipsa natura destinatum esse dicit (Stob. flor. I p. 38 M.), ipse quoque Cynicorum more modoque contra viros levigatos declamat apud Stob. I, p. 157. Si addas eum diserte Cynicum nominari ab Eunapio l. c. p. 35, ne illud quidem veri dissimile videatur, „Cynici" auctorem, quisquis fuit, in describenda cynica vivendi ratione ex Musonii libro hausisse.

Denique hoc optime convenit, quod Clementis auctor Romanus fuit aut certe Romae scripsit. Id quod vel ex universa eius ratione cogitandi sequitur. Primo saeculo p. Chr. n. Romae optimus quisque sibi non placebat, fastidio suae aetatis laborabat. Hoc taedium omnibus illius aetatis scriptoribus commune est, Senecae utrique, Columellae, Pliniis et maiori et minori, Tacito, Lucano, Persio, Iuvenali[1]). Hinc crebrae illae declamationes detestantium consensum generis humani ad vitia tendentis, querentium eversos mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas et omne nefas labi (Sen. B. I, 10). In hoc autem campo Clementis auctor sic versatur, ut nec qua aetate nec quo loco vixerit possit dubitari. Iam supra passim ostendi eadem argumenta eodem modo ab

---

[1]) v. Friedländer l. c. III, 19; Bender, D. jüngere Plinius nach s. Briefen, Tübingen 1873 p. 13: Und so finden wir bei den Schriftstellern, welchen das alte Rom in seiner Grösse noch vor Augen stand, nur eben die verschiedenen Nüancen, in welchen die Unzufriedenheit mit der Gegenwart sich ausdrückt, etc. Vorhauser, Die religiös-sittliche Weltanschauung des ältern Plinius, Innsbr. 1860 p. 17. 23. Plin. epist. VI, 21, 1: „Sum ex iis qui mirantur antiquos, non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim quasi lassa et effeta natura nihil iam laudabile parit".

eo tractari, atque a Romanis scriptoribus primi saeculi. Alia nunc proferam exempla. Seneca B. VII, 9, 2 contra pretiosam supellectilem loquens, „Video, inquit, elaboratam scrupulosa distinctione testudinem . . 3 Video istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium: omnium enim rerum voluptas apud imperitos ipso quo fugari debet periculo crescit. Video murrea pocula“. Meminit, ni fallor, huius loci Plin. h. n. XXXIII, 2: „Murrina ex eadem tellure et crystallina effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas“ etc., nisi forte mavis statuere tales sententias in isto declamationum genere sollemnes fuisse. Iam vero eadem apud Clem. repperiuntur: II, 35 p. 188 χρυσόστικτοί τε καὶ χελώνης πεποικιλμέναι κοίτης κλισιάδες et antea ναὶ μὴν καὶ τορευτῶν περίεργος ἐφ' ὑέλῳ κενοδοξία δεδιέναι τε ἅμα καὶ πίνειν διδάσκουσα περιοριστέα τῆς εὐνομίας ἡμῶν. Ibid. pocula λιθοκόλλητα improbantur.

Pergit Sen. l. c. 4: „Video uniones non singulos singulis auribus comparatos. iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se et insuper alii binis superponuntur“ (simillima praebet Plin. h. n. IX, 56) . . „Video sericas vestes, si vestes vocandae sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus aut denique pudor possit, quibus sumptis parum liquido nudam se non esse iurabit . . . ut matronae nostrae ne adulteris quidem plus sui in cubiculo quam in publico ostendant.“ Conferendus est de unionibus Clem. II, 118 p. 241, idem 124 p. 246 τὰς δε καὶ θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὡς ἄρα οὐκ ἀποκναίονται τοσοῦτον ἄχθος βαστάζουσαι. II, 107 p. 234 P. τὰ . . . διαφανῆ ἔλεγχός ἐστι διανοίας οὐκ ἐρρωμένης ὀλίγῳ παραπετάσματι τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματος προαγωγεύοντα. οὐ γὰρ ἔτι σκέπη ἡ ἁβροδίαιτός ἐστιν ἐσθὴς τὸ σχῆμα τῆς γυμνότητος κρύπτειν μὴ δυναμένη . . . . τὸν τύπον ἐκμάττεται τῆς γυναικός, ὥστ' οὐχ ὁρῶντι (Jacobs τῷ γ' ὁρῶντι) τὴν ὅλην τοῦ σώματος εἶναι φανερὰν διάθεσιν[1]).

[1]) Plin. h. n. VI, 17 (20): „ut in publico matrona traluceat“. Idem XIII, 3 (4): „odorem qui gerit ipse non sentit“, cf. quae attuli p. 17 Alios Plinii locos omitto, quibus similiter de conchyliis, lectis, coquis loquitur atque Clementis auctor. Multa quae huc pertinent collegit Vorhausen l. c. p. 17 sq.

Denique Seneca l. c. X, 2 metallorum usum impugnat his verbis: „At mehercule terra, quae quicquid utile futurum nobis erat protulit, ista defodit et mersit et ut noxiosis rebus ac malo gentium in medium proditurus toto pondere incubuit. Video ferrum ex isdem tenebris esse prolatum, quibus aurum et argentum, ne aut instrumentum in caedes mutuas deesset aut pretium“ cf. epist. 90, 45; nat. quaest. I, 17, 6; Tac. Germ. c. 5; Plin. h. n. XXIII, 1 (!). Miro modo concinunt, quae leguntur Clem. II, 119 p. 242: τὰ ἀναγκαῖα καθάπερ τὸ ὕδωρ καὶ τὸν ἀέρα προφανῆ πᾶσι χορηγεῖται, τὰ δὲ ὅσα μὴ ἀναγκαῖα γῆ τε καὶ ὕδατι ἔκρυφεν. διὰ τοῦτό τοι μύρμηκες χρυσωρυχοῦσι καὶ γρῦπες χρυσοφυλακοῦσι καὶ ἡ θάλασσα τὸν μαργαρίτην ἔκρυφεν λίθον, ὑμεῖς δὲ περίεργοι, εἰς ἃ μὴ δεῖ. ἰδοὺ ὅλος ἀναπέπταται οὐρανὸς καὶ οὐ ζητεῖτε τὸν θεόν, τὸ δὲ κεκρυμμένον χρυσίον καὶ τοὺς λίθους οἱ τὴν ἐπὶ θανάτῳ κεχριμένοι γεωρυχοῦσι· Hanc sententiam, quae potest christiana videri, Clementem, etiamsi pauca mutavit, Musonio debere probatur simili loco Sen. nat. quaest. V, 15, 3: „Quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvavit et defodit et in fundum telluris intimae mersit, ut erueret aurum non minore periculo quaerendum quam possidendum?“ Porro solent reprendere huius saeculi scriptores nimiam servorum praecipue in caena ministrantium multitudinem (v. Sen. dial. IX, 9, 3 Juv.[1]) V, 120—124 XI, 136 I, 64 VI, 351), quod facit Clementis auctor III c. 4.

Possum multa alia afferre, sed ea omitto, ne longus sim. Hoc enim videor mihi iam probasse has contra morum pravitatem declamationes nec ab ipso Clemente neque alibi nisi in ipsa Roma, ubi hoc litterarum genus vigebat[2]), conscriptas esse posse. Et Romam potissimum nos ducunt singula quae castigantur vitia, velut factionum in theatro studia III, 77 p. 298, mulierum amor catulorum, avium, pusionum

[1]) Permultos possum comparare Iuvenalis versus cum Clementis auctore. Ut sat. XI, qua luxuriam impugat, simplicem caenam commendat, multis in rebus admodum congruit cum Paed. II, c. 1. Unde intellegitur, quantum ille poeta philosophorum declamationibus debeat.

[2]) v. Vorhauser l. c. p. 19. Minus miraberis frigus Persii, si cogitaveris eum nihil nisi versibus inclusisse tales declamationes.

III, 30 p. 271. Romam etiam ducit Celtarum servorum commemoratio III, 27 p. 269.

Romani primi saec scriptores, cum insectabantur magis etiam quam oportebat suae aetatis vitia, aequalibus studebant opponere innocentiae atque integritatis imaginem et effigiem. Hanc sibi videbantur invenire apud priscos Romanos et apud nationes quasdam longe remotas, quarum ipsa longinquitas fingendi licentiam dabat. Summis igitur laudibus illud aevum extollunt, quo Romani quamvis nobiles ipsi rus suum fodiebant et ad focum coenabant radices herbasque, quo incondite homines vivebant fortuitis contenti,

„cum frigida parvas
Praeberet spelunca domos ignemque laremque
Et pecus et dominos communi clauderet umbra."
(Juv. VI, 4.)

Nec minus praedicant cultum victumque ferarum gentium, quas putabant ex Stoicorum praecepto plane secundum naturam vivere. Praecipue Germanorum et Scytharum exemplar suae aetatis corruptis moribus opponunt[1]). Iam hunc locum etiam Clementis auctor tractat. Is enim postquam virorum mollitiem acerrime castigavit, abreptus indignatione: ταῦτα, inquit, οἱ σοφοὶ τῶν νόμων ἐπιτρέπουσιν, ἔξεστιν αὐτοῖς ἁμαρτεῖν κατὰ νόμον III, 22 p. 265. Quod eo acerbius dictum est, quia modo exclamavit: φεῦ τῆς τοσαύτης ἀνομίας. Sed quos tandem leges suo sale hic perstringit? Si quis dubitet an romanae leges significentur, profligatur omnis dubitatio eis quae sequuntur § 23: ἄγαμαι τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων νομοθέτας · ἀνδρόγυνον ἐμίσησαν ἐπτήδευσιν οὕτω etc. Antiquam romanarum

[1]) v. Riese in subtili commentatione, quam inscripsit: „Die Idealisirung der Naturvölker des Nordens in der griech. und röm. Literatur", Heidelberg 1875 p. 21 „die Tugenden der Skythen werden jetzt im bewussten Gegensatze gegen die Fehler des eignen Volkes gepriesen", p. 33 „Diese Art von Sympathie mit den Germanen .... verbleibt nun der genannten Partei (sc. Stoicorum) während des ersten Jahrhunderts", de Senecae locis quibusdam p. 34 „Man erkennt leicht die Vorliebe des Stoikers, der in manchen Dingen .... in dem Germanen seinen stoischen Normalmenschen zu finden scheint".

legum severitatem opponit ei quae tum erat legum indulgentiae, morum pravitati. Num ullo loco nisi in ipsa Roma haec scripta esse possunt? Atque etiam proxima romanum scriptorem produnt. Legimus enim 24 p. 267: καὶ τῶν ἐθνῶν (quod ipsius Clementis est) οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' οὐ κοσμοῦνται · ἔχει τι φοβερὸν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ συγγενές τι τὸ χρῶμα τῷ αἵματι. μεμισήκατον ἄμφω τούτω τὼ βαρβάρω τὴν τρυφήν, μάρτυρας ἐπιδείξονται σαφεῖς τὸν Ῥῆνον ὁ Γερμανός, ὁ Σκύθης τὴν ἅμαξαν. Patet hic ea quam modo descripsi ratione exemplaris loco Romanis proponi Scytharum et Germanorum virtutem atque frugalitatem. Coniunguntur autem saepius Scythae et Germani; ut Lucanus ait VII, 433

„Libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit
. . . . Germanum Scythicumque bonum".

Haec autem Germanorum mentio suam vim et suum locum in ea solum urbe habet, in qua multum et audiebant et timebant de Germanis. Quid Alexandrino scriptori cum Germanis? Hac in re Clementis auctor cum ipso Tacito (Germ. c. 4 Agric. c. 11) conferendus est, quod incomptos flavosque maiorum nostrorum capillos praedicat. Idem II, 32 p. 186 de Scytharum, Celtarum — quos confudisse videtur cum Germanis — Iberum, Thracum temulentia similiter loquitur atque Tacitus Germ. c. 22. — A Germanis Scythisque Clementis auctor III, 25 p. 267 ad Arabes transit, quorum simplicitatem laudat[1]). Hanc autem laudem in romanum scriptorem optime convenire, efficitur ex Plinii loco, qui de eadem natione h. n. XII, 14 (32): „Silva,inquit, divisa certis portionibus mutua innocentia tuta est; nemo furatur alteri".

Morum pravitatis, omnium malorum causam scriptores romani huius aetatis solent repetere ab exteris nationibus, quarum commercio atque conversatione luxuria, lascivia, levi-

[1]) Liquido hic deprehendimus Clementis compilandi rationem. Auctor eius aperte id agit et spectat, ut summa efferat laude Arabum simplicitatem et frugalitatem. Contra christianus homo personam suam male servans facere non potest, quin crudelitatem eorum insectetur.

tas Romam invasisset. Velut Plinius maior Graecos nominat vitiorum omnium genitores et Asiam dicit primum devictam luxuriam misisse in Italiam (cf. Juv. III, 58—125). Similiter Clementis auctor Graecorum luxuriam insectatur his locis III, 13 p. 259 ἀνέτρεφέ τὴν Ἑλλάδα ἡ βάρβαρος φιλοκοσμία καὶ ἡ ἀνδρόγυνος τρυφή II, 72 p. 213 ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά — 105 p. 233, 125 p. 246 τοιαῦται τοίνυν Ἑλέναι αἱ νῦν εἰσι γυναῖκες. Omnino abominatur peregrinam luxuriam et externam opulentiam[1]) vere romanam hac in re secutus rationem. Et Romanum etiam, si singulos spectamus locos, agnoscimus: II, 3 p. 164 vexantur ei, qui omnia maria terrasque scrutentur, ut vel ex longinquis maximeque remotis regionibus conquirant gulae oblectamenta. Inter quae enumerat Πελωρίδας κόγχας, ὄρνεις τοὺς ἀπὸ Φάσιδος, ἀτταγᾶς Αἰγυπτίας. Haec ab Alexandriuo scriptore inter cuppedias ex alienis tèrris importatas referri non potuisse patet. Et Romanum esse auctorem ea re confirmatur, quod quae Italia ferebat, plane omittuntur, quae Alexandrinus auctor certe commemorasset. Plane idem cadit in locum qui exstat II, 115 p. 239: οὐκέτι τὰς ὀθόνας τὰς ἀπ' Αἰγύπτου, ἄλλας δέ τινας ἐκ τῆς (sic scribo pro γῆς) Ἑβραίων καὶ Κιλίκων ἐκπορι-ζόμενοι γῆς (cf. III, 10 p. 257).

Apparet igitur Romae scripsisse Clementis auctorem, ipsum Clementem sua neglegentia usum multa transtulisse, quae proprie Romam pertinerent. Musonius autem revera maiorem vitae partem Romae degit. Consentaneum est hunc accuratissimam illam notitiam romanorum morum sibi comparasse, qua excellit Clementis auctor, et novisse divitum nobiliumque vitia, quae praecipue castigantur in Paedagogo. Ipse enim erat ordinis equestris, insignis nominis claritudine (Tac. ann. 15, 71), amicitia ac familiaritate coniunctus cum nobilissimis viris. Neque mirum est eum qui quasi publici

---

[1]) II, 30 p. 184, 35 p. 188, 41. 42 p. 193, 107 p. 234, 116 p. 240, 118 p. 241; III, 30 p. 271, 56 p. 287.

Aegyptus saepius ita commemoratur, ut auctorem Alexandrinum non fuisse pateat, v. II, 40 p. 192, 42 p. 193; III, 4 p. 253.

paedagogi munere fungens studia iuvenum praeceptis sapientiae fovebat (Tac. l. c.), qui tanta gloria fruebatur, ut vel ad exulem magna discipulorum multitudo conflueret, scripsisse librum, quo totam vitam discipulorum dirigeret et gubernaretur.

Sunt autem alii auctores praeter Clementem et commentariorum auctorem, qui adierunt Musonii librum. Primum, ut par est, in censum voco epistolam quae Musonii nomen fert. Quae etsi spuria est et a Neoplatonico conscripta, tamen non dubito quin auctor eius Musonii opus legerit. Quod cum per se verisimile sit, tum comprobatur consensu locorum quorundam epistolae et Paedagogi. Velut § 2 (Epistolographi Graeci ed. Hercher Paris 1873 p. 401) λόγος custos rectorque hominis nominatur (v. p. 3) et comparatur cum medico (p. 12). Et Ps.-Musonius et Clementis auctor multi sunt in commendanda εὐχημοσύνῃ atque εὐταξίᾳ[1]) vitae, ad naturae normam omnia dirigunt, hominis esse dicunt deum imitari et mundum contemplari, erga homines benevolum et beneficum esse[2]). Similis omnino apud utrumque tenor et color sententiarum invenitur. Sed etiam singula congruunt. In epist. § 4 legimus: ἀρετῆς δὲ καὶ εὐσχημοσύνης βίου ἀντιποιουμένους οὐκ ἂν ἐθελήσειας ὁρᾶν τοὺς σεαυτοῦ παῖδας εὐτάκτους μὲν ἐν ἐδωδαῖς καὶ πόσεσι (cf. Clem. II, 11 p. 171, 31 p. 185), κρατοῦντας δὲ τῶν ὑπὸ γαστέρα, ὡς πρὸς σποράν μόνον τέκνων, ὅταν εὔκαιρον ᾖ, τοῖς γεννητικοῖς μέρεσι χρῆσθαι καὶ ὀλίγῳ μὲν ὕπνῳ πρὸς ἀνάπαυσιν ἀρκουμένους . . . Conferendus est Clem. II, 90 p. 224 χρὴ . . . κρατεῖν τε ἡδονῶν γαστρός τε ἔτι καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα δεσπόζειν ἀρχικώτατα (vulgo ἀρχικώτατον) . .

---

[1]) Hae voces Stoicorum propriae sunt v. Stob. ecl. eth. p. 192 H. 97 W., supra p. 6.

[2]) § 2 *ὑπὸ τῆς φύσεως . . . . ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν . . . . ἀκολούθους τῇ φύσει*, 6 *τῇ φύσει*, 9 et 11 *κατὰ φύσιν*, 12 *τῶν τῆς φύσεως νόμων* (v. p. 3) 8 *θεωροὺς γὰρ ἡ φύσις κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατασκευάσασα . . . . ἀξιοῖ ἡμᾶς τοὺς μὲν θεοὺς . . . . ζηλοῦν* (v. p. 10), *ἀνθρώπων δὲ κηδεμονικῶς καὶ εὐποιητικῶς προίστασθαι* (cf. Clem. II, 120 p. 243, 129 p. 247 *εὐμετάδοτος κοινωνία*, III, 36 p. 275).

πῶς οὐχὶ πολὺ πλέον τοῦ συνουσιαστικοῦ ἐπικρατητέον μορίου, 95 p. 227 P. τὸ δὲ μὴ εἰς παίδων γονὴν συνιέναι ἐνυβρίζειν ἐστὶ τῇ φύσει (cf. 90. 91); 97 p. 228 οὐκ ἀεὶ δὲ καιρὸν δίδωσιν ἡ φύσις τὴν ἔντευξιν τοῦ γάμου τελειοῦσθαι et 95 καιρὸν εὔθετον. Etiam Clementis auctor II, 80 p. 219 satis esse dicit somni οὐ πολὺ καλῶς εἰθισμένῳ (sic scribo pro εἰς ἔθος ἰόν). — Ps. Musonius pergit: ἐσθῆτι δὲ ἀπράγμονι καὶ μὴ ἐψευσμένῃ, ἀλλὰ καθαρᾷ καὶ πρὸς τὸ ἐκ τῆς φύσεως εἰς τὸ σκέπειν ἀπαιτούμενον ἡρμοσμένῃ (v. supra p. 28) ἠμφιεσμένους, βλέμμα δ'εἶναι καὶ βάδισμα αἰδοῖ καὶ φρονήσει κεχαρακτηρισμένον, ὡς μὴ ἄν τινα θαρσῆσαι ἐπ' αὐτῶν ἢ ποιῆσαι ἢ εἰπεῖν τι ἄκοσμον, cf. Clem. III, 53 p. 285 δίδωσιν οὖν ἡμῖν ὁ παιδαγωγὸς ἐσθῆτι χρῆσθαι τῇ λιτῇ, χρόᾳ δὲ τῇ λευκῇ, ἵνα . . . πᾶν ὅσον ἀπατηλὸν καὶ τῆς ἀληθείας καταψευδόμενον παρωσάμενοι κ. τ. λ., III, 59 p. 288 καὶ στάσιν καὶ κίνησιν καὶ βάδισμα . . ὅτι μάλιστα ἐλευθεριώτατον ἐπαναιρετέον, II, 60 p. 204 καθεστὼς δὲ καὶ τὸ βλέμμα ἔστω, 110 p. 236; de turpiloquio II, 49 sq. p. 198. — Denique stoica Musonii principia, de quibus egi p. 4, agnosco in epist. § 6 ὥστε μὴ ἀργυρίῳ αὐτοὺς πάντα μετρεῖν καὶ αὐτοὺς μᾶλλον καὶ γονεῖς καὶ τέκνα ἢ χρήματα προίεσθαι (Clem. II, 109 p. 236), ἀλλὰ κτήσεως μὲν ἀντιποιεῖσθαι, ἐφ' ὅσον ἀναγκαῖον διὰ τὰς εἰς αὐτοὺς καὶ τοὺς οἰκείους αὐτῶν χρείας, θησαυρισμοῦ δὲ καὶ τοῦ πλείονος παρὰ τὸ ἀρκοῦν ὑπερφρονεῖν, ὑφ' ὧν ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ εἰς κακὰ ἐπάλληλα καὶ ἀνήκεστα οἱ ἄνθρωποι ἐκτρέπονται (Clem. III, 13, 14 p. 259). Passim igitur epistolae auctor Musonii vestigiis institit[1]), quod vel ideo fecit, ut personam simulatam sustineret neve fraudis coargueretur. Nec dubium est quin ipsius Musonii haec epistola non sit, sed eius qui lacinias ex Musoniano libro arreptas contexuit.

Accuratius Musonium secutus esse videtur auctor epistolae „ad Zenam et Serenum" sub Iustini Martyris nomine traditae. Refertus est hic libellus stoica doctrina. Stoicae quidem in

---

[1]) Conferas etiam epist. 1 *ὁδῷ ζῆν* Clem. I, 1 p. 162 *ὁδῷ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν κατάληψιν τοῦ θεοῦ* — epist. 5 *ἐπεσκεμμένους τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα* Clem. II, 25 p. 181. De fratrum amore (§ 6), de contemptu laboris mortisque (ibid.), de philosophandi necessitate (§ 8 sq.) similia docet atque Musonius apud Stob. III, 129 II, 15, 9-11 II, 271 sq.

eo reperiuntur notiones formulaeque, ut κατόρθωμα c. 6, ὀρθὸς κανών c. 4. 7. 14, κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἐπιτηδεύειν c. 10 cf. c. 1. 5; pleraeque etiam sententiae Stoicorum propriae sunt. Quod facile intelleget, qui quae de coercenda ira c. 3. 9. 11 praecipiuntur, cum Senecae De ira libris comparaverit. Ut c. 10 iratum, quamvis neget se irasci, convinci dicit ὑπὸ τοῦ χρώματος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τοῦ λελῃθότος κινήματος ἤτοι κεφαλῆς ἢ ὀφρύων ἢ χειρῶν πατάγου. Eadem, quibus praenosci possit ira, signa Seneca affert lib. I, 1,4: „Flagrant ac micant oculi, multus ore toto rubor . . labra quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli, . . . complosae saepius manus.“ Quod c. 2 imperat, ut adversario placido vultu dicamus: οὐχ οὕτως ἔσται σου τὸ τῆς ἰσχύος δυνατόν, ἵνα μου κινήσῃς τὴν προαίρεσιν, paene isdem verbis praescribit Epict. ench. c. 4 et M. Anton. VIII, 56. Persimiles etiam sunt acerbae, quae de mulieribus leguntur, sententiae epist. c. 15 προγιγνώσκοντας κ. τ. λ. et Epict. ench. 40. Porro Stoicorum more per totum libellum comparatio illa a morbis eorumque curatione petita adhibetur (c. 4. 5. 8. 12. 13), idiotae philosophis opponuntur (c. 4. 8), suadetur sui cognitio, praemeditatio malorum (c. 11 et 18).

Iam vero aggrediar ad ipsam rem singulosque epistolae locos cum Paedagogo conferam: Cum c. 5 τροφαῖς δὲ χρηστέον οὐ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ βούλεσθαι ζῆν ἐπί τι χρήσιμον conferendi sunt loci p. 26 laudati.

Iust. c. 7 οἴνῳ δὲ χρηστέον, ἐπειδὰν μηκέτι τοῖς ἀναγνώσμασι σχολάζωμεν. ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος . . . . θερμαίνεται συνεχῶς.

c. 12 ὁ δὲ οἶνος μήτε ὁσημέραι ἐπὶ τὸ μεθύειν πινέσθω μήτε ὡς ὕδωρ ἐπιζητείσθω. ἑκάτερα μὲν γὰρ θεοῦ ποιήματά ἐστιν· ἀλλὰ τὸ μὲν ὕδωρ ἀναγκαῖον, ὁ δὲ οἶνος βοηθείας χάριν τοῦ σώματος γέγονεν.

Clem. II, 22 p. 179 εἰς ἑσπέραν τοῦ δείπνου περὶ τὴν ὥραν οἴνῳ χρηστέον, ἐπειδὰν μηκέτι τοῖς ἀναγνώσμασι σχολάζωμεν . . ὡς δεῖν ὑποτρέφειν τὴν . . ἀλέαν ἐπεισάκτῳ θερμότητι II, 23 κίρνασθαι δὲ ἄριστον τῷ ὕδατι ὡς πλείστῳ τὸν οἶνον καὶ μὴ ὡς ὕδωρ ἐπιζητεῖσθαι . . . ἄμφω μὲν τοῦ θεοῦ ποιήματα καὶ ταύτῃ πρὸς ὑγίειαν συνεργεῖ ἡ κρᾶσις ἡ ἀμφοῖν, ὕδατός τε καὶ οἴνου, ὅτι

ἐκ τοῦ ἀναγκαίου καὶ τοῦ χρησίμου ὁ βίος συνέστηκε, 19 p. 177 βοήθημα προσφέρων sc. vinum, 30 p. 184.

Apud utrumque similis invenitur ebrii descriptio, qua egregii Lyconis apud Rutilium fragmenti admonemur.

Tum Iustinus: ὁ γὰρ οἰνοποτῶν δέον τοῦ μὲν χειμῶνος διὰ τὸ κρύος πίνειν μέχρι τοῦ μὴ ῥιγοῦν, τοῦ δὲ θέρους διὰ τὴν τῶν ἐντὸς θεραπείαν παραχρώμενος δ'αὐτῷ ληραίνει καὶ δίκην συῶν ἢ κυνῶν ῥεύματι τῆς θεραπείας ὑπερζέων ἀσχημονεῖ. χρὴ δὲ μὴ καθάπερ ἀσωτευομένους ἡμᾶς παραχρῆσθαι τοῖς τοῦ θεοῦ ποιήμασι . . ἀλλὰ μεταλαμβάνειν ποτοῦ χάριν τοῦ μὴ διψᾶν.

29 p. 184 ἀρέσκει τοίνυν τῷ λόγῳ τῷ ὀρθῷ χειμῶνος μὲν διὰ τὸ κρύος πίνειν μέχρι τοῦ μὴ ῥιγοῦν . . . . τοῦ δὲ ἄλλου καιροῦ διὰ τὴν τῶν ἐντοστιδίων θεραπείαν, 11 p. 171 ὑσὶν ἢ κυσὶν ὡμοιωμένους, 20 ἀναζέοντος (sic lego pro ἀναζέοντες) οἴνου. 9 p. 169 οὐ χρὴ οὖν καθάπερ ἀσωτευομένους ἡμᾶς παραχρῆσθαι τοῖς τοῦ πατρὸς δωρήμασι . . ., χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς, cf. 125 p. 246, 29 ποτῷ ἐπὶ τὸ μὴ διψῆν χρηστέον, 10 διὸ παραιτητέον τὴν λιχνείαν ὀλίγων τινῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντας.

c. 13 παραιτητέον δὲ καὶ τὴν λιχνείαν ὀλίγων τινῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων μεταλαμβάνοντα. τροφαῖς ἄρα χρηστέον ἐπὶ τὸ μὴ πεινᾶν.

29 τροφαῖς ἐπὶ τὸ μὴ πεινῆν . . . χρηστέον cf. 15 p. 173.

Haec igitur omnia prope verbo tenus consentiunt. Verum etiam aliae sententiae conferendae sunt. Uterque dicit malis exemplis nos moneri debere, ne in eadem vitia incidamus (epist. c. 1 Clem. III, 43 p. 279), nec hilariorem nec morosiorem (σκυθρωπόν) vultum sumendum esse (c. 7. Clem. II, 47 p. 196), vitandam esse loquacitatem, modum tenendum in dicendo (c. 4. 7 Clem. II, 58 p. 203). Uterque reicit pretiosam supellectilem (c. 5), mulierum ornatum impugnat (c. 8, 15), contra simplicitatem atque αὐτουργίαν laudat (c. 14. 17 Clem. III, 49 sq. p. 283 et saepius), aegrotorum curam commendat (c. 17 Clem. III, 52 p. 284).

Tres esse rationes patet, quibus notabilis hic consensus explicari possit. Una in censum non venit. Neque enim

quisquam statuet ex epistola hausisse Clementem, quippe qui multo ampliora praebeat; quae, cum aliena sint ab epistola, ex eodem stoico fonte repetenda sunt, atque ea, quae communia sunt Clementi et Iustino sive Ps. Iustino. Sed ne Clemens quidem auctor est alterius. Multa enim leguntur in epistola, quae, cum stoicum colorem habeant, in Paedagogo non inveniuntur. Tum, si epistolae auctor a Clemente penderet, quomodo posset factum esse, ut nulla sententia christiana i. e., quam Clemens Musonianis adspersit, in epistolam, transiret[1])? Restat, ut uterque Musonii librum compilaverit. Quod eo probabilius est, quod Musonius magna videtur usus esse auctoritate apud Christianos. Summis ille quidem effertur laudibus a Justino[2]) et Origene (Nieuwland l. c. p. 17 et 25). Nec paucis epistolae locis agnosco Musonianum dicendi fervorem alienissimum ab ecclesiastico scriptore, velut c. 3 ὁ δὲ τοιοῦτος ἑκατοντάχειρ . . . βούλεται περιπατεῖν καὶ πεντηκοντακέφαλος. Γηρυόνας τρικεφάλους καὶ ἑξάχειρας ζηλῶν (nihil est ζητῶν) κτλ. cf. c. 6 καθάπερ . . . 9. 15.

Ostendam Tertullianum quoque in asceticis quae dicuntur scriptis multum debere Musonio. Nuper Noeldechenus de ea ratione egit, quae inter Clementem et Tertullianum intercederet (Jahrbücher f. prot. Theol. 1886 p. 279). Is postquam probavit aliquot Tertulliani sententias admodum cum Paedagogo[3]) concinere, inde concludit Carthaginiensem episcopum

---

[1]) Velut cum loco p. 45 allato cetera cum Clem. II, 9 congruant, desunt, quae hic post voc. *ἡμᾶς* inseruit: *κατὰ τὴν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ πλουσίου παιδὸς εἰκόνα.*

[2]) Inde quod laudatur Musonius a Iustino, confirmet quispiam ipsius Iustini esse eum libellum, cuius aliqua pars ex Musonii libro fluxit. Certe multo accuratius quam adhuc factum est, quaeratur necesse est de auctore libelli. Quem equidem, quamvis incondite et inscite Christianus Musonii opus compilarit, bonae aetatis esse puto. Ac futile est, quod theologi dixerunt „hoc monumentum ad homines in monasterio degentes scriptum esse", tamquam non ante monachos iam philosophi, in primis stoici et cynici, certam habuissent vitae regulam. Quam postea monachi imitati sunt.

[3]) De Paedagogi modo locis ago a Noeldecheno adhibitis; de ceteris iudicent theologi.

has acceptas referre Clementi. Sed habeo, quae opponam huic sententiae. Primum si penderet Tertullianus a Clemente, miro casu factum esset, ut eos modo locos ex Paed. transferret, qui a Musonio auctore repetendi sunt. Ipsius Clementis nullam repperi insigniorem sententiam, quae congrueret cum Tertulliano. Nam si S. S. quidam loci — etsi ne ii quidem multi sunt — similiter ab utroque adhibentur, hinc efficere alterum ab altero pendere, vereor, ne argutantis potius sit quam argumentantis. Et si verum est monachos et ascetas christianos imitatione expressisse philosophorum rigidiorem victum cultumque, quid obstat, quominus statuamus Tertullianum in ascetica vita Christianis commendanda quaedam transtulisse ex libro eius scriptoris, qui cynicum vitae genus amplectebatur? Cur Clementis potius rivulos consectaretur, quam hauriret ex libro ipsius Musonii, cuius severitas et sincera simplicitas candidi viri assensum multis in rebus ferre debebat? Et sunt Tertulliani quidam loci congruentes illi quidem cum Paedagogo, quibus tamen ipse Tertullianus significat se vel sequi vel impugnare gentilem scriptorem. De cultu fem. (lib. II c. 4 ed. Oehler): „Quasi gentilibus, inquit, dicam gentili et communi omnium praecepto alloquens vos, solis maritis vestris placere debetis.“ Idem praeceptum exstat apud Clem. III, 57 p. 288 ὅρος δὲ αὐτοῖς ἐπικείσθω ἡ πρὸς μόνους τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας φιλοτιμία, et antea συγγνωστέον ταῖς . . . . τἀνδρὸς διὰ τὴν ἀρεσκείαν κοσμουμέναις. Hic enim locus aptius comparatur quam II, 114 p. 238. Quodsi ex profano auctore hausit Tertullianus — et Noeldechenus ipse sensisse videtur (p. 286) se vim affere eius verbis statuentem Christianum eius auctorem esse — nonne luce clarius est ex Musonii libro eum hoc praeceptum sumpsisse? Idem cadit in eiusdem libri (c. 10) haec verba: „Aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt gentilium litterae“ (cf. de cultu fem. l. I, 7 Clem. II, 122 p. 244 Noeldechen p. 286). Denique De exhort. cast. 12 ille refutat eas rationes, quibus matrimonium suadeatur (cf. De monog. 15): „Praetendimus necessitates adminiculorum (Clem. Strom. II, 140 p. 504), domum administrandam,

familiam regendam, loculos, claves custodiendas (Paed. III, 58 p. 288), lanificium dispensandum (Paed. III, 27 p. 269), victum procurandum (III, 49 p. 283), curas comminuendas[1]) (Mus. apud Stob. III, p. 5: λύπην ἐλαφρύνειεν ἂν mulieris praesentia) . . . . Nunc et consors onerum domesticorum necessaria est (Mus. apud Stob. l. c. ἀνδρῶν δὲ καὶ γυναικῶν κοινωνίας ἄλλην οὐκ ἂν εὕροι τις ἀναγκαιοτέραν) . . . Sed posteritatem recogitant Christiani, quibus crastinum non est. Heredes dei servus desiderabit (Strom. II, 139, 140 p. 504, cf. supra p. 32) . . . . Numquid ergo huiusmodi et reipublicae respectu aguntur? ne civitates deficiant, si suboles non exerceantur (v. ibid.) . . . . Sufficiant ad consilium viduitatis vel ista, praecipue apud nos, importunitas liberorum, ad quos suscipiendos legibus (Mus. apud Stob. III, 74) compelluntur homines". His postremis verbis Democriti rationem ipsam quoque allatam Strom. II, 138 amplexatus est (cf. Ad uxorem I, 5): Quid igitur? Clementem hoc loco Tertullianus secutus est? Minime vero. Nam primum, cum per totum caput Christianorum castitatem et viduitatem contrariis gentilium moribus opponit, satis significat gentilis scriptoris rationes a se refutari. Tum ab eo proferuntur rationes quaedam Musonianae a Clemente plane omissae, in commentariis illis traditae. Quae cum ita sint, dubium non est, quin haec omnia ex Musonii opere sumpserit. Neque incertum est quo modo de ceteris locis a Noeldecheno cum Clemente conlatis debeat iudicari. Hos enim ipsos quoque, qui via et ratione procedit, ad Musonium auctorem referet. Atque id inde confirmatur, quod nonnullis locis Tertullianum patet ea ex Stoici libro transtulisse, quae Clemens omisit. Noeldechenus autem, ut omnino rem suam non satis accurate gessit[2]), multos locos et ipsos gravissimos omisit. Hos, quos ille neglexit, locos iam cum Clemente comparem. De cultu fem. I, 5: „Aurum et argentum id sint necesse est unde sunt,

[1]) Haec Oehleri coniectura Musonii verbis egregie confirmatur.

[2]) Perdifficile est Clementis locos, quos profert N., invenire. Nam capitum modo numeros ponit, tum addit numeros paginarum, quas Sylburgii esse dicit. Quae cuius tandem editionis sint, nescio.

terra scilicet (Clem. II, 119 p. 242 ὕλη γεώδης) plane gloriosior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis poenali opera depurgata (sic scribo pro ‚deplorata') nomen terrae in igne reliquit" cf. c. 2 „metallorum opera nudaverant"; Clem. II, 120 τὸ δὲ κεκρυμμένον χρυσίον καὶ τοὺς λίθους οἱ τὴν ἐπὶ θανάτῳ κεκριμένοι γεωρυχοῦσι παρ' ἡμῖν, 119 fin. Tert. paulo post: „Quodsi de qualitate usus gloria est auro et argento, atquin magis ferro et aeri, quorum ita disposita est utensilitas (χρεία v. p. 4), ut et proprias operas plures et necessariores (v. ibid.) exhibeant rebus humanis . . . Viderit, si etiam ad spurca instrumentis auri et argenti demens copia deservit. Certe nec ager auri opere paratur, nec navis argenti vigore contexitur. Nullum bidens aurum demergit in terram, nullus clavus argentum intimat tabulis. Taceo totius vitae necessitates . . . . . potioribus quantum ad utensilitatem, materiis praeferantur"; Clem. II, 35 p. 188 σκεύη ἀργυρᾶ τε καὶ χρυσᾶ . . . εἰς ἄλλας τινάς, αἰσχύνομαι καὶ λέγειν, χρείας, 39 p. 191 οὐροδόκας ἀργυρᾶς καὶ ἀμίδας ὑελᾶς, 37 p. 189 εἰ γάρ τοι γεωργοῦσιν ἡμῖν δικέλλης ἐστὶ χρεία καὶ ἀρότρου, μαχέλλην δ' οὐκ ἄν τις ἀργυρᾶν οὐδὲ ἄμην χρυσῆν χαλκεύοι . . . . ὧν (sc. σκευῶν) μέτρον ἡ χρεία, μὴ ἡ πολυτέλεια γενέσθω. — C. 7 „Haec omnia de raritate et peregrinitate sola gratiam possident", c. 9, lib. II, 10; Clem. II, 15 p. 174, 35 p. 188, 121 p. 243. — C. 9 extr. „Hae sunt vires ambitionis, tantarum substantiarum usuram uno et muliebri corpusculo baiulare" cf. De pallio 5, p. 947, Clem. II, 124 p. 246 θαυμάζειν ἔπεισί μοι, ὡς ἄρα οὐκ ἀποκναίονται τοσοῦτον ἄχθος βαστάζουσαι. — lib. II, 1 „Quota denique est, quae ne placere quidem extraneis concupiscat"? Clem. III, 10 p. 257 κοσμοῦνται γάρ, ἵνα ἄλλοις ἀρέσκοιεν. — c. 5 „In illum enim delinquunt, quae cutem medicaminibus urgent, genas rubore maculant, oculos fuligine porrigunt . . . . reprehendunt artificem" cf. lib. I, 2. De vel. virg. 12, Clem. III, 6 p. 254 φυράμασί τισι καταπλαττόμεναι τρύχουσι[1]) μὲν τὸν χρῶτα, ὀρύττουσι

[1]) Sic Tertullianum secutus scripsi pro *ψύχουσι*, Jacobs et Dindorf *ψήχουσι*.

δὲ τὴν σάρκα λοῖς φαρμάκοις . . . . τὸν δημιουργὸν ἀτιμάζουσαι, 7 extr. ταῖς ὀφρύσι τὴν ἀσβόλην ἀναματτόμεναι καὶ ψιμυθίῳ τὰς παρειὰς ἐντριβόμεναι. — c. 6 „Atquin et detrimentum crinibus medicaminum vis inurit, et cerebro perniciem etiam cuiuslibet sinceri humoris assiduitas reservat“ (Clem. II, 69. 70), c. 7 „Quid crinibus vestris quiescere non licet?“ . . . c. 8 „propriasque praestigias formae et hic sexus sibi agnoscit, barbam acrius caedere, intervellere, circumradere, capillum disponere et decolorare canitiem, primam quamque subducere totius corporis lanuginem, . . . cetera pulveris cuiusdam aspritudine levigare, tum speculum omni occasione consulere“ (cf. De pallio 4, p. 934 Oehler); Clem. III, 23 p. 266 χρὴ . . πρὸς τὰς ἑαυτοῦ τρίχας εἰρήνην ἄγειν, 16 p. 261 τὸ γὰρ ἄνδρας ὄντας ξυρᾶσθαι καὶ λεαίνεσθαι πῶς οὐκ ἀγεννές; βαφὰς δέ τινας τριχῶν καὶ χρίσματα πολιῶν, 17 ἄνδρα δὲ ὄντα κτενίζεσθαι . . . πρὸς τὸ ἔσοπτρον διατιθέμενον τὰς τρίχας, ξύρεσθαί τε καὶ ἀποτίλλεσθαι καὶ λεαίνεσθαι τὰς γένυς πῶς οὐ γυναικεῖον; 23 οὐ γὰρ θέμις ἐκτῖλαί ποτε τὸ γένειον . . · πρῶτον ὑπηνήτην.

Transeo ad libellum De pallio, cuius c. 1 insignes fuisse dicit veteres Carthaginiensium tunicas „mensurae temperamento (v. p. 4), quod neque trans crura prodigae nec intra genua inverecundae“. Etiam Musonius improbat (Paed. II, 105 p. 233) ποδήρεις χιτῶνας. Idem II, 115 p. 114 οὐδὲ, inquit, ὑπὲρ γόνυ ἐστολίσθαι καλόν. — Tert. c. 4 p. 933: „Habitum transferre ita demum culpae prope est, si non consuetudo, sed natura mutetur“. p. 935 „Turpius adhuc libido virum cultu transfiguravit“; Clem. III, 21 p. 264 πάντα μετακεκίνηκεν ἡ τρυφή . . . συγχεῖ τὴν φύσιν, τὰ γυναικῶν οἱ ἄνδρες πεπόνθασιν κτλ. Cum p. 939 ‚calciari auro‘, ‚textu pellucido tegendo nudavit‘ p. 340 ‚bacchantibus indumentis‘ cf. Clem. II, 116 p. 240 σανδάλια, ἐφ' οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἄνθεμα, 107 p. 234 οὐ γὰρ ἔτι σκέπη ἡ ἁβροδίαιτός ἐστιν ἐσθὴς τὸ σχῆμα τῆς γυμνότητος κρύπτειν μὴ δυναμένη, 108 βακχικοῖς καὶ τελεστικοῖς καταλειπτέαι λήροις sc. vestes pretiosae. — Quae Tert. c. 5 p. 947 et 949 de pedum nuditate dicit, verbo tenus congruere cum Clem. II, 117 p. 240 vidit iam Salmasius (Noeldechen p. 288), qui etiam, ut erat immensa doctrina, alios Paedagogi locos comparavit neglectos

immerito a Noeldecheno. — De spect. c. 2 „Iam vero nemo est, qui non hoc quoque praetendat: omnia a deo instituta et homini attributa“ etc. cf. De cultu fem. II, 9. v. p. 19, c. 13 „Si ergo gulam et ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis augustiora nostra, et aures et oculos ab . . . voluptatibus abstinemus“ cf. c. 17. 24; Clem. II, 66 p. 208 ὥσπερ δὲ τὴν τρυφὴν καὶ τῆς γεύσεως ἀποκεκλείκαμεν, οὕτως ἀμέλει καὶ τῶν ὄψεων καὶ τῶν ὀσφρήσεων τὴν ἡδυπάθειαν ἐξορίζομεν. Denique passim per totum libellum Tertullianus in suam rem convertit, quae Musonius contra spectacula disputat (Paed. III, 76. 77 p. 298).

Principia illa Musoniana (v. p. 4) agnosco De cor. mil. 8: „Dicimus enim ea demum et nostris et superiorum usibus . . competisse, quae meras utilitates et certa subsidia et honesta solatia necessariis vitae humanae procurent“. — Ibid. c. 10 „et mortuorum est ita coronari“ Clem. II, 73 p. 213 τοὺς νεκροὺς καταστεφανοῦσιν cf. De cult. fem. I, 1 „quasi ad pompam funeris constituta“.

Congessi amplam farraginem sententiarum Clementis et possum addere alias multas[1]). Omnes autem quas cum Tertulliano contuli sententias Clementis, eius sunt Paedagogi partis, quam Musonio vindicandam esse ostendi. Itaque per se probabile est ex Musonii, non ex Clementis libro hausisse

---

[1]) De cultu fem. II, 7 „pudeat inquinamenti, ne exuvias alieni capitis, forsan immundi . . . supparetis“ Clem. III, 63 p. 291; De spectac. 17 „quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum“ Clem. II, 52 p. 199; De pallio 3 p. 931 vestem indutam esse dicit „primum tegendo homini, qua necessitas praecessit, dehinc et ornando, immo et inflando“ v. p. 28. Etiam Tert. simplicem vestem probans ‚iniustorum colorum adulterium' castigat (De cultu fem. I, 8 II, 10 Cl. III, 53), munditias (Cl. III, 55 *καθαρειότης*) autem laudat, prostitutores vestitus et cultus pellit (ibid. II, 9 Cl. II, 115 p. 239 III, 15 p. 261). Porro in libello De ieiunio similiter atque Musonius disputat contra voracitatem (c. 6), pugilum pyctarumque saginam ridet (c. 17 v. p. 7), Heracliti illius dicti, quod affert Mus., meminisse videtur (c. 17, caro levior . . . caro aridior' Cl. II, 29 p. 184). Denique Tert., quotiens contra luxuriam declamat, Musonii vestigia legit: De cultu fem. I, 1. 4. 13 Ad uxor. I, 4 II, 3 De pallio 3 p. 929. 930, 4; quos locos nolo fusius tractare.

Tertullianum. Potest fortasse indagari christiana sententia Clementis una vel altera aliquo modo congruens cum Tertulliano; sed talem consensum fortunae potius tribuerim. Quamquam his de rebus iudicium theologis relinquo et facile concedo fortasse et Clementis et Musonii librum a Tertulliano lectitatum esse, dummodo teneatur Musonii rationes ex huius potius ipsius libro quam ex Clemente derivandas esse.

Transeo ad profanum scriptorem Plutarchum et in eum campum descendo, qui nimis relictus iacet a viris doctis. Plutarchus, cum duobus modo locis nominet Musonium, permultis eius librum adscivisse videtur. Quod haud scio an incredibile videatur ei, qui cum Volkmanno Plutarchum nimis acrem fingat adversarium Stoicorum. Impugnat Chrysippum et nimium illius sectae rigorem, hoc concedo. At idem facit Posidonius ipse Stoicus. In praeceptiva igitur philosophiae parte et in morum doctrina plurimum Plutarchus Stoicis, imprimis posterioribus debet, quamvis eosdem alibi impugnet. Proficiscor a libris, quibus de carnium esu agitur. In alterius libelli fine Plut. Stoicorum reprehendit inconstantiam haec dicens: Οὐκ ἴσος δέ τις ὁ ἀγὼν οὗτος τοῖς Στωικοῖς ὑπὲρ τῆς σαρκοφαγίας. τίς γὰρ ὁ πολὺς τόνος εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὀπτανεῖα; . . . καὶ μὴν ἀκόλουθον ἦν αὐτοῖς, εἰ μύρον ἐξελαύνουσι καὶ πέμμα τῶν συμποσίων, μᾶλλον αἷμα καὶ σάρκα δυσχεραίνειν. νῦν δ' ὥσπερ εἰς τὰς ἐφημερίδας φιλοσοφοῦντες δαπάνην ἀφαιροῦσι τῶν δείπνων ἐν τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς (v. p. 4), τὸ δ' ἀνήμερον τῆς πολυτελείας καὶ φονικὸν οὐ παραιτοῦνται . . . τὸ μὴ χρήσιμον μηδ' ἀναγκαῖον ἐν ἡδονῇ πανταχόθεν ἐξελαύνοντες. Num dubium esse potest, quin certum scriptorem impugnet? Et certum est hunc esse Musonium, quippe in quem omnia conveniant: is cum gula et ventre hominum quasi pugnat, is pellit unguenta (Paed. II, 65 p. 208), aspernatur πέμματα et ἡδύσματα (II, 3. 4 p. 164. 165), is improbat omnem voluptatem cum nulla necessitate vel utilitate coniunctam (v. p. 4). Idem tamen modicum carnis esum permittit (II, 11 p. 171). Consulto autem Plut. necessitate coactus Musonium impugnare omisit nomen eius viri, quem ceteroquin magnopere admirabatur

(De coh. ira 2). Et passim in utroque De carnium esu libello Musonium ducem sequitur, velut cum coquos eorumque artificia vituperat (I, 4, 3. 5, 5), a luxuria morborum causam repetit (5, 8), mentis lumen nimia ciborum copia obscurari dicit Heracliti testimonium afferens (6 cf. p. 24), athletas perstringit (6, 4 cf. p. 7). Porro I, 2 cum Musonio usum ac necessitatem luxuriae atque voluptati opponit, effeminatos mollesque modos, ipsum circum et spectacula improbat (Paed. II, 41 p. 193), contra omne luxuriae genus declamat.

Plut. in libro ‚De cupiditate divitiarum' c. 1 extr., cum ἀλλ' οὐκ ἔστι γε, inquit, χρημάτων ὤνιον . . . . μεγαλοφροσύνη . . . τὸ πλουτεῖν οὐκ ἔστι τὸ πλούτου καταφρονεῖν οὐδὲ τὸ τὰ περιττὰ κεκτῆσθαι τὸ μὴ δεῖσθαι τῶν περιττῶν, respicit hanc Musonii sententiam (Paed. II, 39 p. 191) πλοῦτος δὲ ἄριστος ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν πενία καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη ἡ ἀληθής, οὐ τὸ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλοφρονεῖν, τούτου δὲ καταφρονεῖν κτλ. Cum Plut. c. 2 εἰς χαλεπὰ καὶ σπάνια καὶ δυςπόριστα καὶ ἄχρηστα μεταθεὶς ἐκ τῶν ἀναγκαίων τὴν ὄρεξιν. ἐπεὶ τῶν γε ἀρκούντων οὐδεὶς πένης ἐστίν conferendi sunt loci p. 19. 31 allati et Paed. II, 14 p. 173 οὐδεὶς δέ ἐστι πένης εἰς τὰ ἀναγκαῖα. Similiter cohaerent Plut. c. 9 extr. 10 et Paed. III, 10 p. 258, 58 p. 288. Porro Plut. Musonium (Paed. III, 10) secutus divitiarum cupiditatem peiorem esse ostendit quam φιλοψίαν et οἰνοφλυγίαν; nisi quod efficaciora et graviora sunt, quae integra ex Musonio Clemens transtulit. Denique Plut. c. 8: οὕτως, inquit, ἀποπέμψειας ἂν καὶ στρωμνὰς ἁλουργοὺς (Clem. II, 35 p. 188 στρωμναὶ ἁλουργεῖς) καὶ τραπέζας πολυτελεῖς (Cl. II, 37) καὶ τὰ περιττὰ πάντα . . . . χρυσοχόων καὶ τορευτῶν καὶ μυρεψῶν καὶ μαγείρων, καλῆς καὶ σώφρονος γενομένης ξενηλασίας τῶν ἀχρήστων, Cl. II, 35 τορευτῶν περίεργος κενοδοξία περιοριστέα τῆς εὐνομίας ἡμῶν. De coquis et unguentariis modo vidimus. Alia malui omittere, quod cavendum est, ne ex leviore consensu nimium concludamus in eo argumento, quod utique solebat similiter tractari in scholis philosophorum[1]).

[1]) Hinc factum est, ut eaedem redirent sententiae in Horatii sat. I inde a v. 29 et in Plutarchi libro.

Plutarchi γαμηλίοις παραγγέλμασι Stoicorum doctrinam contineri docet cum universum argumentum[1]) tum ipsa forma similitudinum huic potissimum scholae adamata. Et ipse Plut. in praefatione significat se compilasse aliorum philosophorum de eodem argumento libros. Inter eos non dubito quin Musonii Λόγοι fuerint. Quos haud scio an respiciat dicens: φιλοσοφίᾳ δὲ πολλῶν λόγων καὶ καλῶν ἐνόντων οὐδενὸς ἧττον ἄξιος σπουδῆς ὁ γαμήλιός ἐστιν οὗτος, ᾧ κατάδουσα τοὺς ἐπὶ βίου κοινωνίᾳ (v. p. 31, Plut. 2 συμβίωσιν, 24 cf. Cl. Strom. II, 142 p. 505) συνιόντας εἰς ταὐτὸ πράους τε παρέχει καὶ χειροήθεις ἀλλήλοις. Neque igitur mirum est aliquot Plutarchei libelli sententias admodum cum Clementis Paedagogo consentire: Quae in ipsa praefatione Plut. profert: ἐν μὲν γὰρ τοῖς μουσικοῖς ἕνα τῶν αὐλητικῶν νόμων ἱππόθορον ἐκάλουν μέλος τι τοῖς ἵπποις ὁρμῆς ἐπεγερτικόν, ὡς ἔοικεν, ἐνδιδόντα περὶ τὰς ὀχείας, translata esse ex Musonii libro Clementis consensu probatur (II, 41 p. 192): ταῖς δὲ ἵπποις μιγνυμέναις οἷον ὑμέναιος ἐπαυλεῖται νόμος αὐλῳδίας. ἱππόθορον τοῦτον κεκλήκασιν οἱ μουσικοί. Quem eundem Musonii locum Plut. adscivit in Symp. p. 704 F[2]). Eadem ratio intercedit inter Plut. 42 τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει . . . . διὸ δεῖ μάλιστα τούτῳ χρῆσθαι μετ' εὐλαβείας τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα . . μὴ σπείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλουσιν κτλ. et Clem. Strom. II, 137 p. 502, Paed. II, 90 p. 224 χρὴ παντὸς μᾶλλον τούτῳ τοῦ σώματος τῷ μέρει χρῆσθαι μετὰ αἰδοῦς, 91 μὴ σπεῖρε, οὐ μὴ βούλοιο ἄν σοι φύεσθαι τὸ σπαρέν (Plato p. 839 A). Uterque turpe dicit amplecti et osculari uxorem in aliorum praesentia (Pl. 13 Cl. III, 84 p. 303), omnia iubet viri et mulieris communia esse (Pl. 20 Mus. apud Stob. III, 26);

---

[1]) Persaeus scripsit *περὶ γάμου*, Cleanthes *περὶ ὑμεναίου*, nec pauci Stoici *Ἐρωτικοὺς* et *Πολιτείας* conscribentes etiam hoc argumentum tractabant. cf. p. 32 et Sen. ep. 94, 3 sq. 104, 5 B. V, 17, 4 De rem. fort. 16, 1—9.

[2]) Quamvis speciose, temere tamen Cobet coniecit apud Clem. legendum esse *ὑπαυλεῖται*. Consentiunt enim in verbo *ἐπαυλεῖν* uterque Plutarchi locus et duo simillimi loci Aeliani H. an. XV, 25 et XII, 44 (Doehner quaest. Plut. III, 41).

uterque similiter Helenae et Penelopae exemplum affert (Pl. 21 Cl. III, 13 p. 259, 41 p. 278)[1]), ornatu mulierem privat (Pl. 12 Cl. III, 58 p. 288), nimis ornatam feminam cum meretrice componit (Pl. 29 Cl. III, 13), voluptatem meram ab ipso matrimonio removet (Pl. 38 v. p. 31) [2]).

Simile Plut. tractat argumentum in Ἐρωτικῷ, in quo ipso quoque Musonianae rationes inveniuntur. Laudatur matrimonium ut sanctissima societas instituta ab ipsa natura (c. 4, 2. 5, 4 Strom. III, 145 p. 506 v. p. 32) et a legislatoribus praedicata (c. 4, 3 cf. p. 31), quae immortalitatem paret generi humano (5, 9 v. l. c.)[3]). Gravissimus vero est hic consensus: Plut. 7, 3 postquam similiter atque Mus. (Stob. III, 32) monuit, ne respiceremus divitias in uxore ducenda, οἱ νοῦν, inquit ἔχοντες αὐτοὶ προίενται καὶ περικόπτουσιν ὥσπερ ὠκύπτερα τῶν γυναικῶν τὰ περιττὰ χρήματα τρυφὰς ἐμποιοῦντα καὶ χαυνότητας ἀβεβαίους καὶ κενάς, ὑφ' ὧν ἐπαιρόμεναι πολλάκις ἀποπέτονται· κἂν μένωσι, χρυσαῖς ὥσπερ ἐν Αἰθιοπίᾳ πέδαις δεδέσθαι βέλτιον ἢ πλούτῳ γυναικός et 9, 12 laudatur ὁ συστέλλων τὴν γυναῖκα καὶ συνάγων εἰς μικρόν. Iam lege, quaeso, quae verbo tenus congruunt apud Clem. III, 58 p. 288 καθάπερ οὖν ὠκύπτερα περικοπτέον τῶν γυναικῶν τὰ χρήματα τὰ τρυφητικὰ χαυνότητας ἀβεβαίους καὶ κενὰς ἐμποιοῦντα ἡδονάς, ὑφ' ὧν ἐπαιρόμεναι καὶ πτερούμεναι πολλάκις ἀποπέτονται τῶν γάμων. διὸ καὶ συστέλλειν χρὴ τὰς γυναῖκας κοσμίως καὶ περισφίγγειν αἰδοῖ σώφρονι, μὴ παραρρυῶσι τῆς ἀληθείας διὰ χαυνότητα, II, 122, p. 244 καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις

φασὶν δεδέσθαι τοὺς κακούργους χρυσίῳ.

τούτους ἐζηλωκέναι δοκοῦσί μοι αἱ γυναῖκες τοὺς δεσμώτας τοὺς πλουσίους. Si quis dicat Clementem hausisse ex Plut., facile refutatur.

---

[1]) Solebant Stoici et antea Cynici fabulosarum personarum exemplis uti ad illustrandam morum doctrinam. Antisthenes cynicae sectae conditor in libro *Περὶ Ἑλένης καὶ Πηνελόπης* ethice disseruit (cf. Dümmler Antisthenica p. 16 sqq.) atque etiam Diogenes Cynicus scripsit ‚Helenam'.

[2]) cf. etiam Pl. 4 Cl. II, 97 p. 228; Pl. 10 Cl. II, 100; Pl. 31 Cl. II, 114 p. 238.

[3]) Eundem hic adhibuit Platonis locum quem Mus. apud Cl. Strom. II, 138. cf. etiam Plut. 5, 6 Cl. II, 86 p. 222.

Omitto eam esse apud Clem. seriem atque continuationem sententiarum, ut omnes inter se aptae colligataeque et ad eundem auctorem referendae esse videantur. Nolo contendere, si ex Plut. hausisset, Clementem ita diversos eius locos concinnaturum fuisse, ut mihi quidem magis placeret quam ipse Plut. Dicendi genus videamus. Equidem apud Clem. agnosco grandem et elatam Musonii orationem, praecipue illius aucupium insolentium et poeticarum vocum, quales sunt ὠκύπτερα, τρυφητικά, πτερούμεναι, ερισφίγγων. Contra Plut. Musonii orationem suaviorem et molliorem reddere studuit. Itaque plane omisit πτερούμεναι, non τρυφητικὰ atque ερισφίγγειν dixit, sed τρυφὰς ἐμποιοῦντα et συνάγειν. Num potest dubium esse, quin apud Clem. teneamus inventorem, apud Plut. imitatorem? Porro aptissime Clementis auctor ipsam mulierem aureo ornatu onustam, ineptius Plut. maritum eius cum vincto comparat. Haud infirmioribus argumentis Plut. in libro ‚De amore prolis' Musonium compilasse arguitur. Queritur Plut. libri initio adeo aberrasse homines a naturae simplicitate (cf. Cl. III, 21 p. 264), ut philosophi, si velint iudicare quid naturae consentaneum sit, ad beluarum potius consuetudinem et exemplum debeant provocare. Quod Musonium facere solere ostendi p. 25, et hunc potissimum notari probatur proximis. Bruta, inquit, οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγαμίου καὶ ὀψιγαμίου (Doehner l. c. p. 27) καθάπερ οἱ Λυκούργου πολῖται καὶ Σόλωνος cf. Strom. II, 141 αὐτίκα ὁ τῶν Λακώνων νομοθέτης οὐκ ἀγαμίου μόνον ἐπιτίμιον ἔστησεν, ἀλλὰ κακογαμίου καὶ ὀψιγαμίου καὶ μονοδιαιτησίας κτλ[1]). Tum beluas dicit non quolibet tempore misceri (Strom. II, 139) neque voluptatis, sed generis propagandi causa (p. 31, 32), denique excellere prolis amore. Quem hominibus magis convenire profitetur se probaturum esse lactis ἐργασίᾳ et οἰκονομίᾳ (c. 3, eadem vocabula exstant Paed. I, 41 p. 122, 45 p. 124). Quae sequuntur apud Plut., iam Doehnerus (l. c. p. 36, v. etiam p. 55. 59) contulit cum Paed. I, 39 p. 121 sq. Insignis est consensus et sententiarum et verborum; quem Volkmannus

[1]) Haec a Stoico scripta esse comprobatur Aristonis Chii fragmento (Stob. tit 67, 16).

cum neglegit (Leben und Schriften des Pl. I, 187), ostendit se non inspexisse Clementem. Quaeritur, quo modo explicemus hunc consensum. Atque Clementem quidem non pendere a Plut. certum est, cum eis quos ipse comparavi et quos Doehnerus contulit locis, plura Plutarcho praebeat neque in ipsius ingenio orta. Quod ut Doehnerus rectissime intellexit, ita in alium errorem incidit non minus conspicuum. Putat enim librum De amore prolis, qualis nobis traditus est, epitomatoris opus esse in frustula consecantis ampliorem librum, „Clementis memoriae obversatum esse germanum fortasse adhuc et integrum Plutarchi librum“ (p. 36. 32). Equidem etsi partes quasdam perisse concedo, quae servata sunt capita integra et ab ipso Plut. ita conscripta spondeam (v. Volkmann l. c.). Spreta Doehneri opinione restat, ut statuamus Plutarchum et Clementem ab eodem auctore Musonio pendere. Quae coniectura omnes probabilitatis numeros fert. Offendit Doehnerus in dicendi genere libelli ‚De amore prolis‘; cumulationem verborum, studium exquisitorum atque poeticarum vocum a Plut. alienum esse dicit. Sed haec propria sunt Musonii. Et Musonianae notiones velut χρεία per totum libellum inveniuntur.[1]) Denique id argumentum afferam, quo res confici videtur. Plut. c. 3 ἔχει, inquit, (sc. natura) παρεσκευασμένας οἷον ἐγγείους τινὰς κρήνας νάματος ἐπιρρέοντος et similiter in vit. Aem. 14 οἱ μαστοὶ τῶν γυναικῶν οὐχ ὥσπερ ἀγγεῖα πλήρεις εἰσὶν ἐπιρρέοντος ἑτοίμου γάλακτος, ἀλλὰ μεταβάλλοντες τὴν τροφὴν ἐν αὑτοῖς ἐργάζονται γάλα καὶ διηθοῦσιν. Comparandus est Clem. I, 41 οὐ γὰρ ὡς αἱ πηγαὶ πλήρεις εἰσὶν οἱ μαστοὶ ἐπειρρέοντος ἑτοίμου γάλακτος, ἀλλὰ μεταβάλλοντες τὴν τροφὴν ἐν ἑαυτοῖς ἐργάζονται γάλα καὶ διαπνέουσιν. Si Clemens penderet a Plut., hic statuendus esset non solum compilasse librum ‚De amore prolis‘, sed etiam adscivisse vitam Aemilii, ex utroque libro sumpsisse, quae placerent. Quanto probabilius est varie eundem Musonii locum, quem transtulit Clemens, a Plut. adhibitum esse.

[1]) c. 2 *ἄνευ χρείας, ἐπὶ χρείαις*, 3 *τῆς χρείας προσωτέρω, περίττωμα τῆς χρείας, πρὸς ἑτέραν . . . . χρείαν, οὐ χρείαν ἀλλὰ φιλίαν* 4 *χρήσιμον, τίνων ταῦτα μισθῶν ἢ χρειῶν*; cf. etiam Plut. 2 p. 493 F. *ἰδίῳ δὲ κόσμῳ σώματος ἀγαλλόμενον* Cl. III, 11 p. 258, c. 3 p 495 D Cl. II, 51 p. 199.

In Ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι Plut. (c. 4 sq.) simplices[1]) cibos cum Musonio commendat, ut φακῆν, ἐλαίαν, καρδαμίδα (c. 7 Cl. II, 15 p. 174), et corpori magis expedire dicit quam pretiosos, continentiam suadet eandem ac Mus. advocans Xenophontis (apomn. I 3, 5) sententiam (c. 6 Cl. II, 15 p. 174, 29 p. 184). Tum conferas Plut. c. 7 ἐμπίμπλασθαι παρ' ἑτέροις τῶν πολυτελῶν . . . . (Cl. II, 12 p. 172) καθάπερ ἐκ πολεμίας ἀφειδῶς ἐπισιτιζομένους . . . . ἐφόδιον τῆς ἀπληστίας τὴν ἀπεφίαν ἔχοντες et Cl. II, 11 ὥσπερ εἰς ἐφόδιον, οὐκ εἰς ἀνάδοσιν ἀποτιθεμένων τὰ ἐδέσματα. Hoc quoque animadvertendum est eadem plane ratione atque Musonium Plutarchum de carnis esu iudicare c. 16 (cf. p. 24), ubi levi et tenui victu utendum esse dicit; optimum esse carne non vesci, qua obscuretur mentis lumen, certe modum esse tenendum. Hic Plut. Musonium sequitur, quem impugnat, ut ostendi, in altero ‚De carnis esu' libello. Plut. c. 17 similiter loquitur de lactis et vini natura atque Cl. I, 37 p. 120 sq. et locis p. 46 allatis; totam disputationem his verbis complectitur: βρωμάτων δὲ καὶ πωμάτων τὰ χρήσιμα μᾶλλον ἢ τὰ ἡδέα γιγνώσκειν προσήκει, quod est Musonii principium (v. p. 4).

Multum tractabant Stoici res ad convivium pertinentes, nec pauci scripserunt Συμποτικούς. E quibus Plutarchi in Quaestionibus convivalibus doctrina redundavit. Adiit autem Plut. praeter alios etiam Musonium, qui multa in libro suo tetigerat ad convivium spectantia et qui proprio capiti inscripsisse videtur Λόγος συμποτικός (Cl. II, 43 p. 194). Praetermitto hic eos locos, quibus sententiae eaedem inveniuntur, verba autem non congruunt. His enim locis forsitan dubitet aliquis an Plut. Musonium secutus sit. Quamquam illud sane confirmatur his locis non ipsius Clementis, sed philosophi doctrinam Paedagogo contineri. Eos igitur solos Plutarchi locos enumero, qui paene integri manaverunt ex Musonio:

Pl. lib. I A V 6 . . . . = Cl. II, 44 p. 194
Pl. lib. II A V. VI, 1 . . . = Cl. II, 57 p. 202

---

[1]) Usurpat adiectiva *λιτός, εὐτελής, σώφρων*, quae in Paed. quoque reperiuntur.

Pl. lib. III A I, 3 . . . . = Cl. II, 66 extr. p. 209
Pl. lib. III A I, 5 . . . . = Cl. II, 68 p. 209
Pl. lib. III A II, 10 III, 4. 8 = Cl: II, 71. 72 p. 212
Pl. lib. VII E II, 1. 4 . . . = Cl. II, 41 p. 192
Pl. lib. VII ς II, 8 . . . = Cl. II, 52 p. 199
Pl. lib. VII Z 6 extr. . . . = Cl. II, 66 p. 208
Pl. lib. VIII Θ III 30 . . . = Cl. III, 46 p. 281

Poteram etiam afferre Plutarchi ‚Septem sapientium convivium'. Hoc libro volebat Plut. talis convivii imaginem depingere, quale philosophi mente et cogitatione concipiebant atque informabant. Hic vides praecepta, quae illi in λόγοις συμποτικοῖς dabant, quasi ad rem veritatemque deducta, habes effigiem et exemplar convivii omnibus numeris perfecti et normae instar. Atque in describenda hac caena multa posuit scriptor, quibus admonemur Musonii sententiarum. Ceterum Volkmannus (l. c. I, 188—202), cum magis dicit venustatem et elegantiam in hoc libro neglectam esse, quam ut Plutarchi esse possit, vereor ne nostratium potius quam illius aetatis sentiendi rationem secutus sit.

Denique si comparabis publica instituta et totius vitae imaginem a Plut. in ‚Vita Lycurgi' descriptam, cum praeceptis, quibus Clementis stoicus auctor universam vitam dirigit, insignem multis locis invenies consensum. Volebat autem Plut. hoc libro ostendere Lycurgi leges et instituta talia esse, qualia iubebant Stoici. Hi enim, cum multum de republica disputarent, specimen consummatae reipublicae, ut erant exemplorum studiosissimi, quaerebant et Platonem atque Xenophontem secuti Lacedaemoniorum rempublicam exemplaris loco ponebant. Eam cum Plut. Stoicorum praeceptis satisfacere vellet demonstrare, consentaneum est eum etiam Musonii doctrinam respexisse.

Sed tandem aliquando a Plut. discedam et in inferiora tempora descendam. Ut Musonius multum valebat apud doctos christianos, imprimis Alexandrinos, ita summa idem florebat autoritate apud Neo-Platonicos, qui quidem plurimum debent in morali philosophiae parte Stoicis. Hoc probatur testimoniis

Eunapii et Themistii (Nieuwland p. 24), probatur etiam epistola illa Ps.-Musoniana, quam a Neoplatonico quodam compositam esse ex universo colore sententiarum sentiri magis puto posse quam certis argumentis demonstrari. Neque igitur mirum est Hieroclem, qui etiam in commentario ad Aureum carmen stoicos auctores eosque saepe optimos secutus est, in dissertationibus apud Stob. servatis ex Mus. hausisse. Consentit autem et cum commentariis illis Stobaeanis et cum Clementis Paedagogo i. e. cum Musonii Λόγοις. Potest igitur videri et Musonii ipsius opus et discipuli commentarios adhibuisse. Sed haud scio an verius statuamus solum Musonii librum fontem Hieroclis esse; ubi consentit cum commentariis, horum auctorem Musonii librum in suam rem convertisse. Quibusdam capitibus Hierocles nihil nisi Musonianas sententias verbosius exponit. Velut capitis ex Οἰκονομικῷ servati (Stob. flor III, 150) maior pars est paraphrasis dissertationis Musonianae apud Stob. flor. IV, 214 ecl. II, 238 W. sq., similiter cohaerent Hieroclis περὶ γάμου λόγος (Stob. flor III, 7—11. 72) et Mus. apud Stob. III, 3—7. 26. 32. 129. Neque opus est hunc consensum accuratius exponere, quem, qui attente utriusque scriptoris capita legerit, facile agnoscet. Itaque solum Clementem cum Hierocle conferam. Hic (flor. III, 151) inter viri munera recenset ἀλέσαι καὶ σταῖς μάξαι διασχίσαι τε ξύλα καὶ ὕδωρ ἀνιμῆσαι καὶ σκεύη μεταθεῖναι καὶ διατινάξαι στρώματα, cf. Cl. III, 50 p. 284 εἰ δὲ καὶ σκαπάνης ἅψαιντο, οὐκ ἀγεννὲς τοῦτο παρεμπόρευμα οἰκονομικὸν γυμνασίου γεωργικοῦ (v. Hier. l. c. p. 150). ἀλλὰ γὰρ μικροῦ δεῖν ἐλαθέν με εἰπεῖν ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος ὅτι ἤλεθεν . . . καλὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἀνιμῆσάι δι' αὑτοῦ καὶ ξύλα διατεμεῖν, 49 στρωμνὴν ἀνατινάξαι. Porro Hier. l. c. ἐπιμετρῆσαι, inquit, δέ τι καὶ τὴν γυναῖκα πρέπον, ὥστε μὴ τῆς ταλασίας κοινωνεῖν μόνον ταῖς θεραπαίναις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἔργων τῶν ἐπανδροτέρων. καὶ γὰρ σιτοπονίας ἅψασθαι κατὰ τὴν ἐλευθέραν εἶναί μοι δοκεῖ καὶ ὕδωρ ἀνιμῆσαι . . . καὶ κλίνην καταστρῶσαι καὶ πᾶν τὸ τούτοις ἐοικός Cl. III, 49 τὰς γυναῖκας . . . . ταλασιουργίᾳ γυμναστέον καὶ ἱστουργίᾳ καὶ τῷ παραστῆναι τῇ πεττούσῃ, εἰ δέοι. ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας ὧν δεόμεθα καὶ τῷ μύλῳ προσελθεῖν οὐκ αἰσχρὸν

αὐτάς . . . περὶ τοὔψον ἀσχολεῖσθαι . . . στρωμνὴν ἀνατινάξαι δι' αὐτῆς καὶ ποτὸν ὀρέξαι.

Hier. (flor. III, 7. 8) cum dicit matrimonium et domum sine liberis ἡμιτελῆ, cum liberis τέλειον, frustula Musoniana arripuit (Strom. II, 139. 140 p. 503. 504); cum Musonio (Strom. II, 139 sq. Paed. II, 95 p. 227) docet naturam nos aptos matrimonio fecisse et multas ex eo redundare utilitates, concordiam viri et mulieris praedicat ad eundem Homeri versum provocans (flor. III, 10 Strom. II, 143), refutat eos, qui propter molestias nuptias dissuadent (l. c. cf. p. 49), cum Mus. patriae causa uxorem esse ducendam dicit.[1])

Antipater quoque et Nicostratus in capitibus a Stobaeo (flor. III, 11. 32. 29. 66) servatis Musonium adierunt. Denique Musonianam doctrinam Neopythagorei quidam venditarunt sub priscis nominibus, ut Φίντυος (περὶ γυναικὸς σωφροσύνας Stob. flor. III, 63), Καλλικρατίδα (ἐκ τοῦ περὶ οἴκων εὐδαιμονίας ib. p. 140), Περικτιόνης (ἐκ τοῦ περὶ γυναικὸς ἁρμονίας ib. 144). Sed de his scriptis alio loco accuratius agam.

Excursus.

Reliquum est, ut specimine quodam ostendam, qua ratione Musonius ex Clementis Paedagogo restituendus sit. Periculum autem faciam in libri III capite VI, quo notum Stoicorum παραδοξον tractatur[2]), ὅτι μόνος πλούσιος ὁ σοφός [Cl. *Χριστιανός*]

[1]) Forsitan sententiarum apud Plut. *Περὶ φιλαδελφίας* et Hier. (Stob. III, 126 sq.) consensus inde explicetur, quod uterque Musonium legit.

[2]) v. Zellerum III, 1, 251, Lipsium manud. ad. philos. stoicam III c. 11, Stob. ecl. eth. 101 W., Philonem *περὶ βασιλείας* et 2 alibi, Laert. VI, 37. 72 VII, 125.

Aeschylus Agamemnon metrisch übersetzt von W. v. Humbol
2. Aufl. 1857. 1.
Ballas, E., grammatica Plautina. 2 ptt. Ed. II. 1884. 2.
Euripidis Hecuba, Orestes, Phoenissae et Medea emend. et no
instr. G. Person. Ed. III. 4 vôll. 1824. 2.
Fischer, EW., römische Zeittafeln von Roms Gründung bis a
Augustus' Tod. 1846. 4. 6.
Gronovii in P. Papinii Statii silvarum libr. V. diatribe. No
editio. Edidit Ferd. Handius. 2 voll. 1812. 5.
Heikel, JA., de participiorum apud Herodotum usu 1884. 2.
Hermann, Godofr., opuscula. 8 voll. 1827—77. 36.
— epitome doctrinae metricae. Ed. IV. 1869. 3.
Hesychii Alexandrini lexicon post J. Albertum rec. M. Schmi
5 voll. 1858—68. 4. 40.
Horatius Satiren erkl. v. Heindorf. 3. A. v. Döderlein. 1859. 2.
Hygini astronomica rec. B. Bunte. 1875. 2.
Lucani Pharsalia cum notis H. Grotii et R. Bentleii, quibus vari
lectiones, dissertationem de spuriis et male suspectis Luca
versibus, scholiastas ined., aenotationem suam, nec non ind
ces locupletissimos addidit. CF. Weber. 3 voll. 1821-31. 16.
Mayer, M., de Euripidis mythopoeia. 1883. 1.
Ohlert, K., Rätsel und Gesellschaftsspiele der alten Grieche
1886. 5.
Propertii carmina emend. et annot. C. Lachmann. 1816. 6.
Sophoclis tragoediae rec. et notis Erfurdtii suisque instr. G. He
mann. 7 voll. 1830—66. (Editiones novissimae). 18.
Thiemann, C., homerisches Verballexicon mit Angabe der Etym
logie u. Erläut. d. unregelmässigen Verbalformen. 1879. 1.
— Grundzüge d. homerisch. Modus-Syntax sowie Lehre v. Gebrau
und Unterschied der Partikeln ἄν und κέν. 1881. 1.
Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri VIII cum prolegomen
scholiis et indicibus ed. ill. EF. Poppo. Pars I, vol. 1. 2.
II, 1. 2. 3. 4. — III, 1. 2. 3. (es fehlt III, 4) 1821—35. 12.
— Pars IV. Supplementa et indices. Ed. II. 1851. 10.
Ursin, NR., af, de Lusitania provincia Romana. 1884. 4. 2.